




2
6
530









XXXIX
m GREG. M.
V. Dec. IAM.

VINDICIÆ GREGORIANÆ.

Seu

RESTITVTVS INNVMERIS PÆNE LOCIS GREGORIVS M.

EX VARIIS MANVSCRIPTIS, vt magno labore, ita singulari fide collatis.

Cura & studio

ERVDITISSIMI VIRI D. THOMÆ IAMESII, SS. THEOL. DOCTORIS, Ecclesiæ Wellensis Subdecani, olim Collegij N. Socij & Oxon. Bibliothecarij.





Apud Petrum & Iacobum Chouët.

M. DC. XXV.



AD LECTOREM
PRÆFATIO.



VEMADMODVM nihil eſt Antiquitatis nomine, ad authoritatem dogmatis in Eccleſia conciliandam, ſpecioſius : ita nulla fraus exitiabilior, nulla perfidia deteſtabilior; quàm ſi, pro veteribus noua, pro genuinis falſa, doloſè ſubijciantur, & adulterini fœtus nobiliſsimo ſtemmati impudenter inſerantur: quo viri ſimplices, & vetuſtatis admiratores, niſi ſumma cura ſibi ab impoſtoribus caueant, circumueniantur, & in errorum genus omne, fidem nequiſsimorum quadruplatorum ſecuti, naſo ducantur & raptentur; dum nouos libros Vaticano pumice expolitos, & Ieſuitica ſpongia emaculatos, eximiis titulis & venerandæ vetuſtatis imaginibus exornatos, veteribus, qui antiqua fide, ſine arte, ſine fuco prodierant, longè

præferendos esse putant. Atque, vt olim Israelitas Gabaonitarum legati, longam profectionem mentiti, veste detrita, calceis resartis, pane mucido, fefellerunt; eadem hodie techna, Christianis illuditur & imponitur. Quare primùm, ne à vero, hominum commentis, abducamur, Israelitarum periculo sapere, & veridicum atque ἀδιάψευστον *os Dei, in diuinis scripturarum fontibus, consulere oportet: quæ quidem breuissima est, tutissimaque veritatis explorandæ via. Nam,* si ad diuinæ traditionis caput & originem reuertamur, cessat error humanus, *teste Cypriano. Deinde laudatissima est illa quoque, ad veteris Ecclesiæ consensum exquirendum (vt certò constet, vtrum, qui Patres suos esse iactitant, verè, an falsò, glorietur,* ἐκ καρδίας *an* ἐν προσώπῳ) *cuius hodie vestigia non alibi quàm in Priscorum Doctorum monimentis obseruari possunt: Atque vtilissima sanè ratio, non in lutulentis editionum nouissimarum riuis morari, sed fontes ipsos, nimirum manu exaratos codices, repetere & reuoluere: & hac ratione, ea quæ à primo authore profecta, ab iis quæ à corruptoribus assuta sunt, dignoscere. Quo consilio Reu. & Eximius vir D. Thomas Iamesius, olim Bibliothecæ nobilissimæ custos, nunc ipse Bibliotheca* ἔμψυχος, *& eruditionis reconditæ penu, summa fide & diligen-*

tia

tia collatis Greg. Romani cum editione Romanæ manuſcriptis (qui Britannicarum Bibliothecarum Theſaurus eſt inæſtimabilis) de omnibus veritatis amantibus optimè meritus eſt, atque, libro amicis communicato, maioris operis ſpecimen, aliarúmq; lucubrationum edendarum bonis omnibus gratiſsimum pignus exhibuit. Huius collationis vſu Eccleſia diutius non erat fruſtranda. Quis vero inde fructus, & quæ ad Gregorium, quem tanquam ſuum Romanenſes, multis de ſuo adiectis, ſibi vendicare nituntur, obſeruanda ſint, Reuer. amantiſsimiq; Symmyſtæ C. Calandrini hac de re ſcripta, et cum Vindiciis ad me miſſa docebit Epiſtola.

Reuerendo Doctißimoq; viro

D. BENEDICTO TVRRETTINO.

SS. THEOLOGIAE PROfessori & Pastori in Ecclesia & Academia Geneuensi

C. Calandr. S.



VASIMVS vtrique, & iam persuasimus Clariss. D. Iamesio, hoc, & quæ sequentur in dies elaboratissima scripta, ad publicam depromere vtilitatem, quæ dudum, & plusquam nonum in annum, apud se premebat, Vir Præstantissimus, de suis laboribus nimis profectò modestè sentiens: & adhuc premeret, & vereor opprimeret, nisi tandem exorassemus. Sed, quia maioris momenti, quibus distinetur, negotia, ista curandi tempus hactenus præripuerunt, quod publico dari efflagitabam, ipse mihi pro singulari sua humanitate tradidit: & quum nonnulla me, à Vindiciarum scopo non aliena, collatis Pontificiorum quorundam locis, obseruare animaduerteret, pro tantillo officio totum mihi, qua est liberalitate, permisit, atque vt edi curarem, quàm commodissimè fieri posset, commisit. Quo consilio, quod ab illo insigne beneuolentiæ symbolum acceperam, ad te, ipso quoque non improbante, sed vehementer laudante, amoris nostri argumentum, publicæque fidei, & verorum studiorum in Antiquorum lectione vtilissimum instrumentum, trans-

tranſmittendum eſſe, & fidei tuæ commendandum iudicaui; paucis, quæ ad editionem pertinent, & quorum, ſi ita videatur, moneri Lectores intereſt, adiectis. Audiui profitentem hunc laboris indefeſſi, & incredibilis induſtriæ Virum, habere ſe in numerato pluſquam *tredecim millia* locorum in vno *Gregorio*, quibus vltima, & correctiſſima ſcilicet, editio *Vaticana* 1589. ab omnibus ſimul Mss. diſſentit. Videbis hic ipſe ſupra 160. integras Epiſtolas Gregorio manifeſtè ſuppoſitas, tanquam degeneres aquilæ columbas, quæ hunc Solem non ferunt. In pleriſque earum, quibus aliquid eſt naſi, procliue erit alium ſtylum agnoſcere, alium animum, ſæculo paulatim ſe demergente in profundiſſimam barbariem, & Papatu tantundem ſe exaltante ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα. Quanquam non his coniecturis vllam damnamus. Stent, vel cadant ſuo Iudici. Summum & irrefragabile Criticorum tribunal, ipſi Codices Mss. pronuncient, quod ius eſt. Ipſorummet oraculum conſulet, qui volet. Sunt enim in clara luce poſiti & fideliter aſſeruantur, ſuis quique deſignati locis in celeberrima Oxonienſi Academia, omnibus obuij. Et illi quidem ipſiſſimi codices, nec aucti, nec imminuti, nec immutati, quos & quales nobis ſuperiori ſæculo reliquerunt ipſi: ſiquidem ita vult appellari Poſſeuinus, Catholici: quos verius dixerim Pontificios, non quidem ad conuitium, ſed tamen ad diſcri- in Appar.
men. Accedat ad hoc examen, quiſquis adhuc inter ipſos ſincero genuinæ Antiquitatis ſtudio ducitur, qui, ſiquis eſt, comperiet nihil hic partium auribus dari, omnia vt coram Deo καρδιογνώστῃ, intemerata fide, inculpatiſſima conſcientia & diligentia incomparabili collecta. Ac minus mirum ſit, ne ſic quidem omnia reſtitui potuiſſe. Pro lucro deputandum, quod nonnulla: nec minimi momenti iſta. In hoc ſpecimine non fuerunt conſectanda minutiſſima quæque: obrueret Lectorem copia. Communicabit tamen Author & illa libentiſſime, ſicubi noua huius Patris fidelior adornabitur Editio: quod ſane pridem inter nos factum oportebat, ſi vel doctiores, tam

possent quàm vellent, in excellenti opere, sed sumptuoso: vel potentiores, tam vellent, quam possent. Dispellendæ saltem erant pro viribus, vnicuique nostrum, densæ tenebræ, quas identidem offundit Veritati puteus Vaticanus. Indigni hac luce, ni facimus. Ita est, dudum Lux ipsa prædixit, *Filij huius sæculi in sua generatione prudentiores filiis Lucis.* Cæterum, quid in hoc opusculo præstitum sit, tute cito iudicabis. Transeundum fuerat Eloquentissimo Scriptori per sæcula sentibus & spinis horrida, quæ orationem eius laceram multis in locis, & ipsa obscuritate intractabilem, ad nos transmiserunt. Accessit Correctorum, nostro & patrum nostrorum sæculo, seu oscitantia stupenda, seu ingens perfidia. Notatu dignum est inter alia, quod Episcopus Venusinus, qui editioni Romanæ præfuit, apertè profitetur in Epistola Dedicatoria ad Sixtum V. Papam Vaticanæ Typographiæ fundatorem; vt & in Argumento operibus Gregorij præfixo, se multa *obscura elucidasse, & noua addidisse hinc inde magno conquisita labore.* Credo, & laudo ingenium, sed fidem requiro. Hoc testor me obseruasse, omnia fere obscurissima loca, ab ipso ad tolerabilem redacta sensum, paucissimis additis, detractis, transpositis, quem tamen sæpe ab ipsa Gregorij mente & elegantia, heu, quantis parasangis dissitum! Addam & hoc in ipsius gratiam, quo antiquiora exemplaria Gregorij, hoc inuenies exiliora. V. g. quæ mihi est Epist. 128. Bellarmino erat paucis elapsis annis 126. Crescunt eundo. His (inquit idem Venusinus) *annexuimus Epistolas nuper inuentas.* Sed malè metuo Gregorio ab istis incrementis, quin sint tumores hydropici, omni studio euacuandi potius, quàm fouendi. Inueniet ibi, quisquis attentius considerabit, vix quicquam pium, humile, sincerum, tersum; nihil inquam verè Gregorianum, seu verba intueatur, seu res ipsas, curas omnes magna ex parte mundanas, verba insolentia, præscriptiones superstitiosas: & quæ per omnia ferè repræsentant typhum istum Antichristianum, vero Gregorio tantopere exosum. Non omnia, equidem fateor, huc spectant: nimis

crassa

craſſa foret impoſtura: fuerunt aliena quædam inſerenda ad fucum. Quod ſi liberet indulgere coniecturæ, ſuſpicarer protonotarios vel apocriſiarios Apoſtolicos, quos vocant, ſubinde ex Archiuis Romanæ Curiæ immiſcuiſſe Acta temporum poſteriorum, modò Gregorij nomen præ ſe ferrent, nullo habito diſcrimine, inter tot Gregorios & promiſcuè aſſignaſſe huic Primo & Optimo, quicquid præſertim facere viderent in rem Romanam, quod liquebit eunti in rem ipſam. Prælibabo, in gratiam curioſi Lectoris, nonnulla loca ad controuerſiam ſpectantia, plura occurrent omnia ſtudiosè perueſtiganti. V. G.

Loco 1. illud *ſæcularem habitum contemnere*, pro *ſæculari habitu contegi*, vt habent Mss. patet deprauatum fuiſſe ab aliquo Monaſtices ſtudioſo. Pro Monachis.

Loco 53. Vocula *Fontem* identidem inſerta ad faciendam fidem Vulgato Interpreti ex ementitis priſcorum citationibus. Pro Vulgata.

Loco 100. *Caro* vel *impalpabilis vel ipſa non erit*, pro eo quod eſt in Mss. Caro vel palpabilis, vel ipſa nō erit, in gratiam Tranſſubſtantiationis ſeu præſentiæ corporalis. Pro Tranſſubſt.

Loco 147. Expuncta vox *Impij*, & elumbata ſententia Gregorij, ſcil. quia ſic fortius impugnabat merita. Pro Meritis.

Loco 198. *Liberum arbitrium ſequimur*, pro *Liberum arbitrium ſequitur* (quomodo legit verus Gregorius) ad eneruandam eius de Gratia Efficaci ſententiam. Pro Lib. Arb.

Loco 554. Illa lacinia, *Conſidera iudicium Dei quod meretur qui ſemetipſum Deo vouit, continuoq; mundi deſideriis irretitus*, mētitus eſt quod vouit. Et paulo poſt, hæc verba intruſa Pro Monachis.

Loco 556. *qualibet occaſione*, ad amplificandum Monachatum. Pro Monachis.

Loco 663. *Bonorum operum luce, & miraculis coruſcant.* Suppoſita hæc vocula & *miraculis*, vtique ab aliquo ex iſta officina, vbi proſtant πάντα ψευδῆ. Pro Miraculis.

Pro tit Vniuersalis. Loco 665. *Nemo se vnquam Vniuersalem vocare voluit,* pro *vocari:* vt excusentur successores Gregorij, qui, dum se seruos seruorum vocant ipsi, vocari tamen non modo sinunt, sed volunt, ab omnibus *Vniuersales & Domini Dominantium & Vice Dei.* Degeneres, in hoc, ab auita humilitate, cùm Gregorius nec vocare se, nec ab aliis, imo ne quidem à Synodo integra (si qua illi Epistolæ fides) vocari Vniuersalem Episcopum, nedum Vice deum, permiserit.

Pro Primatu. Loco 857. Clausula, *Nisi forte vbi maior est authoritas,* quæ ex margine Papist. irrepsisse videtur in textum, quo animo, & cuius authoritati caueat, non est obscurum.

Pro Reliquiis & Cõsecratione. Loco 874. Bellum illud fragmentum cum sua *claui à sacratissimo B. Petri corpore,* quæ redoleat sæcula, & quos mores.

De Ministro Confirmationis. Loco 616. & 623. *Baptizatos* pro *Baptizandos* &c. consentientibus Mss. Porro cui bono ista deprauatio, viderit Bellarminus, cùm sic inquit, De Confirm. lib. 2. c. 12. *Corruptus est hic locus Gregorij forte à fautoribus contrariæ sententiæ: nam dicit se permittere vt Baptizandos vngant, cum dicere deberet vt Baptizatos:* & hoc probat ex collatione Epistolæ 9. Probus Corrector, qui, quod in vno loco bene legit, corrigi vult ex altero mendoso!

Pro Primatu Petri. Loco 664. Videtur Pontificiis ἐμφατικώτερον, si legant *Petrus Apostolus primum membrum S. Ecclesiæ vniuersalis:* quàm, vt habent Mss. *Petrus Apostolorum primus membrum sanctæ Ecclesiæ vniuersalis,* vt præparetur locus, progressu temporis, intromittendæ Stapletoni imposturæ, de qua consulendus Iamesius de Corrupt. Patrum pag. 59. parte 2. Corruptè citat hunc locum Theod. Petreus Confess. Gregor. lib. 1. pag. 93. quo probet Petrum esse fundamentum Ecclesiæ: Eodem sensu Pontificij passim.

de Antichristo. Loco 666. Nobilissima corruptio. *Sacerdotum est præparatus exitus,* pro *Sacerdotum ei præparatur exercitus.*

Bel-

Bellarminum mire premebat hic locus, quia tunc eum bene legebant, cui si occurrisset nuperum inuentum styli Vaticani, vnica confossa syllaba totum sensum inuertendi, non passus fuisset se contrudi in istas angustias, *non vt sacerdotes, sed vt superbos.* Vide Bellarm. de Rom. Pont. l.3 cap.13.

Loco 600. Supposititium illud *Priuilegium Monast. S. Medardi* inseruit egregie Pontificiis athletis, cui superstruant articulum fundamentalem Pontificiæ fidei *De Primatu Romanæ sedis.* Huc citatur à Bellarmino de Rom. Pont. l.2.c.19. & l.5.c.8. Citatur item à Coccio Tom.2.p 726. pro Altaribus & Luminaribus. — Primatu, & potest. temporali, Altaribus, & lumin.

Loco 912. *In natura quidem Humanitatis nouit diem & horam iudicij,* pro *In natura quidem Diuinitatis.* Citat Coccius vitiosè To.1. p.155. ad probandam Omniscientiam humanæ in Christo naturæ. — Omnisciētia Christi human.

Loco 806. Supposititium fragmentum, quod allegatur pro Traditionibus à Theod. Petreo l. 1. Confess. Gregor.c.8.p.89. vbi hic est titulus capitis, *Gregorium præter verbum Dei scriptum, etiam Apostolorum ac maiorum Traditiones, agnoscere, iisque multum deferre.* — Pro Traditionibus.

Loco 807. Suppolit. fragm. pro *Imaginibus.* Citatur solenniter inter palmaria argumenta à Bellarm. de Imag. SS. lib.2.cap. 10. & 12. & 16. A Coccio To. 1. p.560. A Theod. Petr. Confess. Greg. lib. 4. p.284. A Pet. Cotono Instit. lib.1.c.22.pag.112. — Pro Imaginibus.

Loco 834. Epist. Supposititia, quam citat Cocc. To.1. p.475. pro SS. intercessione. — Pro Intercess. SS.

Loco 1016. Epist. Supposititia, quam citat Bellar. de Pont. Rom. l.3.c.11. & de Ecclesia l.1.c.vlt. vt probet Iuramentum præstandum Pontifici Rom. sic Grat. Causa 1. q.7.c.9. Petr. l.1.p.50. — Pro Primatu.

Loco 1055. Epist. Supposit. quam citat Bellarm. in Epist. ad Blakwellum Archipresbyterum Angliæ, ad conuellendum Ius Regium. — Pro Primatu.

Pro Exépt. Cleric. Loco 1060. Epist. suppos. quam citat Bellar. de Cler. l. 1. c. 28. pro Exemptione Clericorum.

Pro Exépt. Cler. Loco 1061. Epist. suppos. quæ citatur à Grat. D. 11. q. 1. c. 38. in eundem finem.

Pro Cereis. Loco 1069. Epist. suppos. quam in subsidium vocat Cocc. To. 2. p. 551. pro vsu Cereorum.

THOMAS IAMES LECTORI.

Collatio Gregoriana facta est per viros eximios & spectatæ fidei, videl.

D. Prideaux S. Theol. Doct. & nunc Oxon. Theolog. Professorem Regium.

D. Hackwel S. Theol. Doct.

D. Holloway S. Theol. Doct.

D. Twiste S. Theol. Doct

D. Hamden Iuniorem, S. Theol. Doct.

D. Porter S. Theol. Baccal. ante annos 20.

D. Greenwood Artium Mag. & ante annos multos huius Academiæ Procuratorem, & alios.

Ad explicandum Notas Marginales.

A. denotat Ms. Codicem lib. Moral. in Iob. 2. vol. & continet libros 16. Moral. in Bibl. Bodleiana. Reliqui omnes lib. Moral. continentur in Bibliotheca publica Bodleiana sub eadem litera.

B. 35. Moralium vno vol. qui exstant in Bibliotheca Collegij Merton.

C. 35. Moral. vno vol. scriptum minutiorib. literis, manu Rob. Grostheade Lincoln. Episcopi celeberrimi.

D. 16. Libros priores Moral. ex Bibliotheca Collegij Corp. Christi, qui Codex spectauit ad Foxum eiusdem collegij fundatorem.

E. 35. Lib. Moral. ex accommodato P. Hookeri, eiusdem Collegij Socii.

F. Secundam partem Moral. à Lib. 11. ad finem Lib. 22. in Bibliotheca Publica.

In

G. Libros posteriores Moral. à 14. ad 35. ex Bibl. Collegii Balliolensis.

H. Libros Moral. 2. vol. in Collegio Nouo ex dono Thomæ Cravvley.

V. Libros Moral. excusos & diligentissime emendatos in officina Nic. Kesler. Basil. 1503.

Ex vngue Leonem. Hinc coniicias quid in reliquis operibus Gregorii factum sit. Ego vero omnium minimus in Rom. Codice ad marginem fideliter annotaui differentias ex Mss. Et ad singulos dies ostendo quibus exemplaribus vsi sint collatores, & quousque progressi fuerint hoc vel illo die, ad facti fidem asserendam.

In conferendo Ezechiele 4. Mss. Cod. mihi adiumento fuerunt.

- Ms. A. ex Bibl. Bodl.
- B. Ms. ex Bibl. Coll. Mertonensis.
- C. Ms. Cod. ex eod. Coll.
- D. Ms. Cod. ex Bibliotheca Coll. Balliol.

In Collatione hom. in Euangelia nacti sumus 4. exemplaria Mss. A. B. C. D. pleraque ex Bibliotheca publica.

In Collat. lib. Epistolarum vsi sumus 5. exempl. Mss. vnde petitis, per errorem, factum est, vt nesciatur.

- In Lib. de Pastorali Cura octo Mss.
- A. B. C. D. Ms. ex bibl. Publ.
- E. ex bibliotheca Coll. Merton.
- F. ex Bibl. Coll. S. Ioannis præcursoris.
- G. ex eod. Coll.
- M. ex Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Winton.

In collat. lib. Dialogorum 4. exempl. Mss. A. B. C. D.

IN EPISTOLAS GREGORII.

A. Sign. Ms. in Bibliotheca publica Oxon.
B. Ms. in Collegio Omnium -- Animarum Oxon.
C Ms. in Collegio Orialenſi Oxon.
D. Ms. vetuſtiſſimum in Bibliotheca Archiepiſcopi Cantuar. Lambethæ , quod creditur ſcriptum tempore Theodori Archiepiſcopi Cant.
E. Opera Greg. excuſa Pariſ. 1531.

Bartol.

Barthol. Kekermannus Systematis Log. lib.3.c.8.

QVAM falsariè Pontificij hodie,& inter hos imprimis Iesuitæ Patrum scripta edant, & quam grauem,ex lege Cornelia de falsis,pœnam incurrant.testimonio esse possunt,tum Editiones Patrum quæ intra annos 40. Romæ, Parisiis, Lugduni prodierunt:tum Index Expurgatorius triplex,& ille imprimis Hispanus qui exstat apud Posseuinum in select. Bibliot.lib.1. cap.19. Detexit nonnulla falsi crimina Andreas Crastouius in Bello Iesuitico, & Clarissimus Theologus Io.Rainoldus in lib. de Idololatria Romana. Sed detegent porro plura spero,& magis enormia,duo doctissimi & diligentissimi homines,in Anglia Thomas Iamesius,in Germania Petrus Felckmannus amicus meus singularis, quorum labor in vindicandis Patrum scriptis, magnorum Principum patrocinio susceptus, vt fœliciter succedat,ex animo precor & opto.]

Ioseph Hall Decad. 4. Epist.8.

SR. I know noe man so tike as you to make posteritie his debter. I doe heartily congratulate unto you so worthie labours, so noble a proiect your industrie hath offered (& that motion is liuety & heroicall) to challenge all their learned & elegant pages, from iniurie of corruptiós,to restoye them to themselves & to us;that which all the learned of our times haue desired to see done,you proffer to effect. Your assaye in Cyprian & Austine is happy & iustlye apPlauded. All our libraries whom your diligent hand hath ransackt, offer their aide in such abũdans of manuscripts,as all Europe would envie to see met in one Iland.]

Doctor Hall in the Honour of Priests mariag, sect.28.

WHat I said in my Epistle to my Reuerend & Worthy Friend Mr. Dor. James,the incomparably industrious & learned Bibliothecary of Oxford, (à man whom their Posseuin thougst so well of, that he hath hansomely stolen à booke of his & clapt it out for his owne,à man whome so base à tongue as my Detectors cannot disgrace) I professe still. -- But with what face can any Papist taxe us forthis; when all the world may see à boue three hundred & twentie of their authors, Whom after the first allovvance they haue either suppressed or censured to their eternall & opem conuiction. Dor. Iames(vvhome they may revile but shall neuer ansvveare) hath collected & published the names & pages.]

Camdenus in Britannia.

DE priuilegio Medardi apud D. Gregorium, ostendit Hackevvillus noster (quod monuisset antea exquisitæ vir industriæ Thomas Iamesius) tale nil exstare in manuscriptis codicibus vetustis aut recentibus. In bello Gregoriano.]

Io. Prideaux in apol. pro Isaaco Casaubono cap. 4. §. 3.

THomas Iamesius Oxoniensis, vir eruditus & verè φιλόβιβλος, qui se totũ literis & libris inuoluit, & iam Publici boni studio in Angliæ Bibliothecis excutiendis (Deus opus secundet) id molitur quod Reip. literariæ imprimis erit vsui.]

Doctor Beard in his Retractiue from the Romish religion Motiue 12. *sect.* 100.

IF any desire to be fully satisfyed concerning their dealing in this kind, lett them haue recourse to Dor. Iames his learned et laborious discourse vvhere he shall see this vvound searched to the quicke, et the corruption thereof discouered to the vvhole vvorld & so searched & discouered, that by all their vvitt & policie they shall neuer be able to hide the filthines thereof.]

VINDI-



VINDICIÆ GREGORIANAE.

Lib. 1. Moralium. To. 2.

I.



P. ad Leandrum cap. 1. p. 305. Diu longéque conuersionis gratiam distuli: & postquam cælesti sum desiderio afflatus *sæcularem habitum contemnere* melius putaui. Aperiebatur enim mihi iam tunc de æternitatis amore, quod quærerem: sed inolita me consuetudo deuinxerat, ne exteriorem cultum mutarem. *Lib. Excusi Romæ* 1589. *& Paris.*

Inter omnia opera quæ merito S. Gregorij M. Papæ censentur, ab omnibus primum locum obtinent Libri Moralium idq; duplici iure, Ordinis & dignitatis. Ordinis, quia primo conscripti sunt ab eodem Sanctißimo Patre, cùm adhuc Apocrisiarius Romanæ Ecclesiæ in Constantinopoli degeret: dignitatis, quia in huius libri expositione copiosa & eleganti cæteros enarratores tanto post se interuallo reliquit quanto in omnium rerum cognitione, scientia experientia coniuncta superior fuit. Et quanquam è scriptis illius posteriùs editis, postquam ad culmen dignitatis sacerdotalis prouectus esset, quædam plusculum ferméti haberent pontificij; tamen in hisce commentariis non facile quisquam inueniet quod poßit incurrere in reprehensionem alicuius maturè & cum iudicio legentis. Cæterùm, quod dolendum est, post mortem illius à successoribus suis scripta grauißimi Patris, partim flammis vastatricibus, partim manibus deprauatricibus absumpta sunt. Ita Pontifices Romani, non modo rerum, sed etiam verborum domini dictatoriam potestatem exercentes pro arbitrio suo mutarunt, immutarunt, interpolarunt verba, sententias, Libros, aut hoc saltem fieri per alios curauerunt, qui, vt verbo dicam fecerunt na intelligendo vt nihil intelligerent. Et ne longe abeamus (occurrunt sexcenta loca ad hoc probandum) exorsi à primis verbis Gregorianis,

quis non videt nisi admodum cæcutiat Gregorium, vt ipsi fingunt, pugnantia secum loqui. Nam dicitur post afflatum Spiritus S. sæcularem habitum contemnere voluisse, & tamen diu longéque conuersionis gratiam distulisse ab inolita consuetudine deuinctus, ne exteriorem cultum mutaret. Sed præsto est huic malo remedium optimum, si ex manuscriptis omnibus conformiter legamus & postquam cælesti sum desiderio afflatus sæculari habitu contegi melius putaui. *Lectionem hanc firmat auctoritas Io. Diaconi, qui scribit eum dum conuersionis suæ gratiam longius protraheret, tutius se Christo famulaturum putasse, si sub Prætoris vrbani habitu, mundo specietenus deseruiret. Hem Romanos correctores vel profanos potius corruptores librorum; agunt nobiscum non fide Romana, hoc est optima & antiqua, sed fide Punica, perfidè sceleratè cuncta immutando. Sed, quid in istis immoramur: transeamus ad alia menda literaria eadem opera, hoc est membranacea similiter emendanda.*

Mss. a. b. c. d. e. h.
Io. Diaconus. Lib. I. c. 4. P. 3.

2.

Sed quis hæc scripserit valdè superuacuè quæritur: cùm tamen Auctor libri Spiritus *Sancti* fideliter credatur. Præf. cap. I. pag. 308. D. l. 7.

Legendum est sine dubio, Spiritus Sanctus *ex Mss. a. b. c. d. e.*

Mss. a. b. c. d. e. h.

3.

Pag. 309. Ib. c. I. B. 4. Quod ipse Deus sit verè, profectò non dicit: nec tamen per hoc, quod dicit, veritatis regulam deserit: quia cui ministerium lectione exhibet, eius *dominum* voce prætendit.

Pro dominum, lege dominium *nec quisquam repugnabit facile hoc impetrantibus Mss. A. c. d. e.*

Bas. 1503. 1564.
Mss. a. c. d. e. h.
Bas. 1503. 1564.

4.

Pag 311. c. 4. in fine cap. D. 2. Qui quidem (loquitur de amicis Iob,) quia seniores erant, de eorum verbis minus fortasse dolere poterat. Heliu iunior subrogatur, vt sanctum pectus, tanto acriori vulnere percuteret, quanto contra illud ictus brachij *validioris* excitaret.

Nisi pro Validioris, Vilioris *substituamus, minus sana erit lectio, præterea omnis gratia sermonis Gregoriani concidet, conspirant Mss. A. b. c. d. e.*

Mss. a. b. c. d. e. h.

5.

Pag. 313. c. 6. A. 4. Quia Redemptor noster vnam se personam cum S. Ecclesia quam * assumpsit exhibuit: de ipso enim dicitur: qui est caput omnium nostrum, & de Ecclesia eius scriptum est: † Corpus Christi, quod est Ecclesia. Quisquis eum in semetipso significat, modo hunc ex capite, modo ex corpore designat: vt non solum vocem capitis, sed etiam corporis teneat. Vnde & Isaias Propheta eiusdem Domini verba exprimens ait: Quasi sponso posuit mihi mitram: & quasi sponsam ornauit me ornamento. Quia igitur ipse in capite sponsus, *ipsa* est in corpore sponsa, necesse est, vt cum nonnunquam aliquid de capite dicitur, sensim ac subito etiam ad vocem corporis deriuetur: & rursum cum de corpore aliquid dicitur, repente ad vocem capitis ascendatur.

* sumpsit Mss. a. b. c. d. e. v.
† Et corpus eius quod est Ecclesia. Ex Mss. a. b. c. d.
Isa. 61. 10. & 70.

Cum

Cum Mss. omnes conformiter legant ipse in capite sponsus, ipse, est in corpore sponsa, id quod præcedentia docent & res ipsa clarè loquitur, quid Correctoribus Romanis in mentem venit, vt hanc sanam lectionem temerè in insanam commutarent. Mss. a. b. c. d. e. Mss. a. b. c. d. e h. Basil. 1503. 1564.

6.

Ib. pag. 314. c. 9. C. 2. Heliu Latino sermone dicitur, Deus meus iste, vel *Dominus meus* Arrogantes enim viri intra sanctam Ecclesiam, quamuis Deum elatè viuendo refugiant, eum tamen veraciter credendo confitentur Quid est enim, Deus meus iste, nomine dicere, nisi eum, cui credidit, aperta professione monstrare? vel quid est, Dominum Deum dicere, nisi hunc & Deum per diuinitatem credere, & Dominum ex incarnatione perhibere?

Legendum est ex Mss. A. b. c. d e. Heliu Latino sermone dicitur, Deus meus iste, vel Deus Dominus. *patet hoc ex sequentibus -- quid est* Dominum Deum *dicere.* Mss a. b. c. d. e. Basil. 1503.

7.

Pag. 323. Lib. 1. c. 8. B. 3. Rectè sanctis Apostolis post prædicationem Dominus pedes lavit, vt videlicet apertè monstraret: quia plerúmque & in bono opere peccati puluis* contrahitur, & inde † inquinentur vestigia loquentium, vnde audientium corda mundantur. Nam sępe nonnulli dum exhortationis verba faciunt *quanquam tenuiter, sese intrinsecus, quia per eos gratia *prædicationis* deriuatur, extollunt. Címque verbo aliena opera diluunt, quasi ex bono itinere puluerem malæ cogitationis sumunt.

* contrahatur Mss. a. b. c. d e. & Paterius. † inquinantur Mss. & Pat. a. b. c. e. v. *quamlibet Mss.

Restituendus est locus ex Mss A b c d. e. reponendo vocem purgationis *loco* prædicationis, *quemadmodum clarè constat, tam ex præcedenti verbo, mundantur, quam ex sequenti, diluunt.* Mss. a. b. c. d e. h. Bas. 1503. 1564.

8.

Pag. 325. c. 13. C. 5. Nos ergo cum easdem terrenas cognitioni Trinitatis dispensationes subdimus, quasi camelos [*intra indiuisibilem numerum*] fide possidemus.

Illa verba intra indiuisibilem numerum *obelisco iugulanda sunt ex Mss. vt quæ sententiæ sint euertendæ vel obscurandæ potius quam illustrandæ.* Mss. a b. c. d. e. h.

9.

Pag. 329. c. 19. E. 4. In tenuissimum puluerem, aromata vniuersa conterimus, cum bona nostra quasi in *pilo* cordis, occulta discussione tundimus.

Legunt Mss. concorditer cum † Paterio pro pilo, *pila, prior lectio vitiosa est si non absurda.* Mss. a. b. c. d e h. † Pater. p. 39. Bas. 1503.

Lib. 2. Moralium Pagina 335. *cap.* 5. *E.* 1.

10.

Cum -- bona diuini muneris narrat, putat quod fortis operarij facta leuiget: vt cuius vitam reprehendere de operibus non valet, eius mentem quasi ex cogitationibus *addiscat.*

Restitue vocem addicat *qua voce crebro vtitur D. Gregorius in eum sensum vt significet, culpet, reprehendat, vel condemnet pro ea quæ corruptè legitur* addiscat, *Ita Mss.*

Mss. a. b. c. d. e. h. Baf. 1503. 1564.

11.

Ib. Pag.341. c.15. E.8. Deus -- qui ita est intra omnia, vt etiam sit extra omnia: nec dextra, nec sinistra *concludit.*

Absurda lectio nisi legatur ex * *Mss. vna cum Paterio facta vocis actiuæ in passiuam mutatione*, concluditur.

* Mss. a.b.c. d h. Baf. 1503. 1564.

12.

Ib. Pag 342. c.15. A.1. Dextera Dei, Angelorum pars electa: sinistra autem Dei, pars angelorum reproba designatur. Non enim ministrant Deo solummodo boni, qui adiuuent: sed etiam mali, qui *reprobent.* Non solum, qui à culpa redeuntes subleuent: sed etiam qui redire nolentes grauent. Nec quòd cæli exercitus dicitur, Angelorum pars reproba in eo intelligi posse *perhibetur.*

probent. Mss. a b. c d. v. h. Pat.

Mss. omnes vna cum Paterio & Par. 1586. *legunt pro* reprobent, probent *& loco* perhibetur, † prohibetur *quod sonat contrarium.*

Mss. a. b c. d h. Baf. 1503. 1564. Paf. 1586. † Mss a. c. d v. Pat. Par. 1586.

13.

Ib. Pag 344. c.16. A.3. Cum Satan exiisse à Domino dicitur, filij & filiæ in *Domino* fratris primogeniti conuiuari referuntur.

Quisquámne dubitabit, pro Domino, domo *reponendum esse, quod sane mendum operis adscripsissem nisi à Parisiensibus in sua postrema editione tam accuratè expressum fuisset.*

Mss a. b. c. d e. h. Baf. 1503. 1564.

14.

Pag.346. c.21. D.2. Dominus -- his nunc vestitur à quibus diligitur, Paulo attestante, qui ait: vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam. Quæ enim maculam aut rugam non habere dicitur, profectò vestis rationalis & per actionem munda & per spem *tersa* monstratur.

Ephes. 5. 27.

Vnius literæ mutatione facta: sed longe elegantius habent Mss exemplaria quibus consentit Paterius tensa, *ita vt munda referatur ad maculam*, *tensa ad rugam.*

Mss a. b. c. d e. h Baf. 1503. 1564.

15.

Pag 347. c.21. B.7. Ad Iacob missum verbum in Israel cecidit: quia eum *ouem* ad se venientem Iudaïcus populus respuit, hunc repente confitens populus Gentilis inuenit.

Nisi Typographus Romanus toties assereret summam diligentiam à suis adhibitam, existimassem vtique ouem *pro* quem *mendo typographico irrepsisse. Sed Vaticana Typographia cæteras Typographias longè antecellit, viris eruditissimis ad exemplaria (quod caput est) recognoscenda & illustranda selectis. Quicquid id est Typographum Vaticanum secutus est ad verbum & ad literam Parisiensis maiore fide quàm iudicio.*

Mss a. b. c. d v. h. Baf. 1503. 1564. Ang Roccha in Appen. Bibl. Val. p.414.

16.

Pag.348. c.23. B 6. In flagello positus [de Christo sermo instituitur] *pati* gratias agit æqualis.

Factum

Factum Christi in illa vltima cana Matth. c. 26. v. 27. exprimitur quod cùm minus animaduersum esset à Censoribus Romanis loco Patri, *quod extat in omnibus* * *Mss. substituerunt pati, minuentes, tum venustatem sermonis Gregoriani, tum etiam detrahentes aqualitati Patris cum Filio.* Mss. a. b. c. d. e. h. Bas. 1503. 1564.

Lib. 3. *Moral.*

17.

Lib. 3. c. 6. Pag. 359. E. 4. Dignum -- erat vt fluxam mentem virilis censura restringeret, cum profectò & de ipso primo lapsu humani generis, *docet*, quod docere mulier recta nesciret. Mss. a. b. c. d. e. Mss. h. nosceret.

Multo melius habetur in omnibus Mss. nosset. Bas. 1503. 1564.

18.

Ib. Pag. 360. c. 7. D. 2. Inter hæc -- sanctum virum intueri libet, foris rebus vacuum, intrinsecus Deo *planum*. Mss. a. b. c. d. e. h.

Similitudo literarum a & e occasionem erroris dedit mendo Typographico: legendum ex Mss. plenum. Bas. 1503. 1564.

19.

Ib. D. 8. Foris per vulnera crepuit, sed indeficienter interius nascens thesaurus sapientiæ verba sanctæ eruditionis, emanauit.

Post verbum sapientia interserenda est vocula per *ex Mss. vt melius currat sententia & facilius intelligatur.* Mss. b. c. d. e. h. a. Bas. 1503.

20.

Ib. Pag. 369. c. 14. C. 11. Diues qui in inferni igne exuritur, Abraam filius vocatur.

Quis sano iudicio praditus hoc diceret! nam si filius Abraha fuisset, opera Abraha fecisset: sed blando sermone & filij nomine comiter appellat Abrahamus: legatur itaque iuxta codices scriptos Ab *Abraham filius vocatur.* Io. 8. v. 39. Mss. a. b c. e. Bas. 1503.

Lib. 4. *Moral.*

21.

Ib. Pag. 387. c. 17. D. 7. Si -- ipse [de Christo loquitur] vtrámque [scil. mortem] susciperet, nos à nulla liberaret. Sed *vna* misericorditer accepit, & iustè vtrámque damnauit. Mss a. b. c. d. e. h. Bas. 1503.

Corrigenda est lectio vitiosa ex Mss. in hunc modum legendo, Sed vnam *&c.* 1564.

22.

Ib. Pag. 387. E. 7. Quia -- in caligine oculus confunditur, ipsa per pœnitentiam, *menti* nostræ confusio caligo nominatur.

Legatur mentis *nostra: confirmatur hac lectio ex membranis.* Mss. a. b. c. d. e. h. Bas. 1503. 1564.

Lib. 5. *c.* 3.

23.

Ib. Pag. 403. c. 3. D. 7. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ in gaudio illius non *miserebitur* extraneus.

Mss. a. b. c. d. e. h Baſ. 1503. Pate-tius. *Extant verba Prou.* 14. *v.* 10. *legendum itaque tam ex vulgata edit. quam ex Mss.* miſcebitur *non* miſerebitur.

24.

Ib. Pag. 405. c. 5. A. 7. Subleuatio eſt laboris, *viſitatio* collaborantis.

Mss. a. b c. d. h. Baſ. 1503. *Rectius ponunt Mss.* viſio *pro* viſitatio.

25.

Ib Pag 406. c. 6. A. 5. viro -- via ſua abſcondita eſt: quia ſic pedem ponit operis, vt tamen prænidere nequeat exitum conſummationis eius. Eſt autem & alia *vitæ* noſtræ abſconſio. &c.

Mss. a b c. d h Baſ. 1503. 1564. *Legendum ſine dubio* viæ *vt habent omnia exemplaria Mss.*

26.

Ib. Pag. 409. c. 9. B 5. Magna -- arte doctrinæ dicturus *verba*, prætulit rectè facta, vt hinc vnuſquiſque conſideret, quæ peccantes poſtmodum ſupplicia maneant, ſi etiam iuſtos tam valida hic flagella caſtigant.

Loquitur Gregorius de perſecutionibus & tribulationibus, quas ſuſtinent etiam filij Dei quos amat vt ex hac pæna colligant, quomodo feriat quibus iraſcitur, itaq; Mss a. b c. d. e. h. Baſ. 1564. *corrigatur ex Mss lectio vitioſa alia interpunctione, atq; aliis verbis in hunc modum. Magna quippe arte doctrinæ, dicturus* verbera *prætulit rectè facta &c. & in verbis Gregorianis maior erit gratia & venuſtas.*

27.

Ib. Pag. 409. c. 10 D. 10. Loqui rectè linguam conſolantium *magiſtri* dolor erudiret.

Mss a b. c. d. e. Baſ. 1503. *Subſtitue quod habent omnia exemplaria Mss.* magiſter *loco* magiſtri *& conſiſtet gratia Sermonis Gregoriani, ſin minus da magiſtrum, nam & hic Delio natatore opus erit, ad expiſcandum genuinum ſenſum huius loci.*

28.

Ib. Pag. 4 1. c. 10. B. 2. Amici Iob reconciliationis ſuæ ſacrificium eiuſdem ſancti viri manibus offerunt, atque ad ſuperni iudicis gratiam vel *adducti* reuocantur.

Pro adducti *lege* addicti. *Eſt vnum hoc è tribus ſolennibus verbis Prætoris quod familiare erat Greg vtpote qui diu ſub Prætoris vrbani habitu mundo deſeruierat & cauſis ſæcularibus ſe immiſcuerat, ſignificat autem cõdemnare adiu-* Mss. a. b c. d h. Baſ. 1564. in marg. *dicare, damnare, deſtinare, & hoc in loco corripere vel reprehendere. vide Mss.*

29.

Ib. Pag. 412. c 11. A 4. Qui -- feſtiuè ad indiſcuſſa tendimus, *prolatu* replicare deuitamus.

Mss a. b. c. d. e. h. Baſ. 1503. 1564. *Illud* prolatu *obſcurat lectionem ſatis perſpicuam per ſe: nam conſtanter legunt Mss. Codices* prolata.

30.

Ib. Pag. 412. c. 11. A. 9. Agit de 3. amicis Iob *Planè* ſemper blanda ſunt quæ proponunt, ſed aſpera quæ proſequendo ſubinferunt.

Mss. a. b. c. d. e. h. Baſ. 1503. *Mutetur verbum* plane *in* pæne, *quam lectionem retinent conformiter omnes Mss. & multo verior erit lectio.*

Ib.

31.

Ib. pag. 414. c. 15. D. 1. Nec innocens *petit*, nec nectus deletur: quia etsi carne hic atteritur, in conspectu æterni iudicis vera salute reparatur.

Miror cæcitatem Romanensium, qui nisi oculis capti fuissent, toties in plano & de die, non offendissent. Non difficilis est correctio legendo perit *pro* petit *ex Mss. vel si illis destituti fuissent, saltem ex ingenio vel coniectura.* Mss. a. b. c. d. h. Basil. 1503. 1564.

32.

Ib. pag. 415. c. 16. E. 2. Iam Myrmicoleon perfidiam non habet quia *tumida* tua elatio, dum verberibus premitur, ab aliena læsione prohibetur.

Quis suspicaretur aliquid mendi inesse in his verbis, & tamen manifestum est pro tumida, timida *legendum, ne aliquid de gratia sermonis eius amittatur. Nam cum myrmicoleon significet ex vi nominis formicam pariter & leonem, & Eliphas in B. Iob Myrmicoleonis nomine pauorem & audaciam reprehendat, quis non videt veriorem esse lectionem quam adhibent Mss. codices vtrumque his verbis* timida elatio *facetè & eleganter coniungendo.* Mss. a. b. c. d. e. h.

33.

Ib. pag. 416. c. 17. C. 1. [Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.] Ac si diceretur: Nos ideo *nonnullis* flagellis atterimur, quia & virtutem antiqui hostis, & cupiditatem terrenæ gloriæ, & suasionem reproborum hominum vitæ meritis superando calcauimus.

Per leonum & catulorum leonum dentes, antiquum hostem & reproborum persuasionem intelligit Gregorius ab his omnibus pios immunes esse docet, quia & virtutem antiqui hostis, & cupiditatem terrenæ gloriæ, & suasionem reproborum hominũ vitæ meritis superando calcant, itaque contrario planè sensu legendum ex omnibus Mss. Nos ideo nullis *flagellis atterimur, &c.* Mss. a. b. c. d. h. e. Basil. 1503.

34.

Pag. 425. c. 28. D. 3. Vnaquæque res quasi tot passibus ad aliud tendit, *quod* mutabilitatis suæ motibus subiacet.

Lege tot---quot *suffragantibus Mss.* Mss. a. b. c. d. h.

35.

Ib. Pag. 425. c. 28. E. 5. (Et in Angelis suis reperit prauitatem) ex quorum comparatione bene *casus* infirmitatis humanæ considerationem colligit.

Diuersa est lectio in membranis: legit Mss. A. vna cum Gillotio, ex quorum casu bene infirmitatis humanæ considerationem colligit. Mss. b. c. d. casus *verbum velut indignum textu expellũt cæteroquin cum Rom. edit. conueniunt, sed prior lectio magis idonea visa est.* Mss. b. c. d. e. h.

36.

Ib. Pag. 427. c. 29. C. 3. Mundi reliquos auferre Dominus dicitur, quia despectos huius sæculi eligere *designatur.* Mss. a. b. c. d. h. Basil. 1503. 1564.

Rectius Mss. codices habent conformiter dignatur.

37.

Ib. Pag. 427. c. 29. D. 5. Qui Amalechitam sequi non *voluit*, dux Dauid efficitur.

1. Reg c. 30. Mss. a. b. c. d. h. *Agitur de Aegyptio puero in via lassescente cuius historia traditur in lib. Regum, qui cum Amalechitam persequeretur in itinere ita lassatus est, vt cum eo currere nequaquā valeret: itaque substituendū est pro* voluit, valuit, *ex Mss.*

38.

Ib. Pag. 430. c. 30. C. 4. Plerumque ira per silentium clausa intra mentem vehementius æstuat, & clamosas tacita voces format---Sicque fit vt perturbatus animus maiorem strepitum sui silentij sentiat, eumque gravius *causa* iræ flamma consumat.

Mss. a b.c. d v. Basil. 1503. clausa. Basil. 1564. *Elegans locus & quasi commentarioli vicem prabens in illud Poëta,* strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus, *sed malè acceptus à malè feriatis hominibus: restituenda itaque lectio ex Mss. legendo* clausæ *ira, &c.*

Lib. 6. Moral. 39.

Ib. Pag. 441. c. 11. E. 4. Impij---phreneticorum similes insaniam qua præualent virtutem putāt, quia ex morbo esse nesciunt hoc quod amplius *sani* possunt.

Mss. a. b. c. d e. h. Basil. 1503. 1564. *Nisi cum Mss. legatur* hoc quod amplius sanis *poßunt, tum à scopo Auctoris, tum etiam à veritatis regula longe aberrabimus.*

40.

Ib. Pag. 449. c. 16. A. 5. Video aliam legem in membris meis repugnantem legis meæ.

Mss. a. b. c. d. h. Basil. 1503. Rom. 7. *Lege suffragantibus Mss. Grammaticis, & textu sacra Scriptura, video aliam legem in membris meis repugnantem* legi mentis *meæ.*

41.

Ib. Pag. 449. c. 16. D. 6. Species hominis est alter homo. Rectè enim species nostra dicitur proximus noster, quia in illo cernimus, quid ipsi sumus. Speciem ergo suam visitat quisquis ad *Deum*, quem sibi similem per naturam conspicit, passibus amoris tendit: vt in altero sua considerans ex seipso colligat, qualiter infirmitati alterius condescendat.

Mss. a. b. c. d e. h. Basil. 1503. *Parum abest à blasphemia, cum dicitur ad* Deum *pro ad* eum, *scilicet proximum, passibus tendit: neque enim Deus factus est ad similitudinem & imaginem nostram, sed nos ad diuinam conformamur: & humanas infirmitates alienas à se putat. Vera itaque lectio est mutando ad* Deum, *in* ad eum, *sic enim Mss.*

42.

Pag. 452. c. 18. D. 3. Sicut infertur aceruus in tempore suo.

Mss. a. b. c. d. h. *Liquidò apparet, tam ex antiquis codicibus, quàm ex textu Scriptura legendum esse, Sicut infertur acervus* tritici, *&c. Corrige hunc errorem bis in sequenti capite, vbi de grano & frumento non pauca. Pag. 453. cap. 18. C. 8. & Ib. D. 6.*

Lib. 7.

Lib. 7. Moral.

43.

Ib. Pag. 459. c. 6. D. 4. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & pascua inueniet.

Post & ingredietur, addatur & egredietur: *nam consonat hoc textui S. Scripturæ. Miror Pontifice Rom. in citandis testimonijs S. Scripturæ tam negligentem extitisse. Quibus Pa linum illud sæpiusculc in ulcandum.* ô Timothei depositum custodite. Mss. a. b. d. c. h. Basil. 1503. 564. 1. Tim. 6. 20.

44.

Ib. Pag. 460. c. 7. E. 11. Plerumque-- vitiorum contritionem in nobis agere Dominus inchoat, sed cum meus ex ipso exordio profectus extollitur, cúmque se iam quasi de virtutibus erigit, sæuienti contra se aduersario aditum pandit, qui cordis intima penetrans, omne, quod in ea de studio bonæ inchoationis invenerit, confringit: tantoque se vehementius in eius confractione exhibet, quanto & grauius, quia vel ad modicum fuerat *proiectus*, dolet. Provectus Mss. a. b. d. c.

Non est scribendum proiectus: *sed huic contrarium verbum* prouectus: *liquet hoc tam ex circumstantijs loci, quàm ex Mss.* Mss. a. b. d. e. Basil. 1503.

45.

Ib. Pag. 463. c. 10. B. 7. Qui amare Deum negligit, profecto diligere proximum nescit, & tunc plenius in delectione Dei proficimus, si in eiusdem dilectionis gremio, prius proximi charitate *ligamur*. Mss. a. b. c. d. e. Lactamur Basil. 1503. 1564.

Probatur nobis lectio quæ extat in omnibus scriptis exemplaribus lactemur *vice* ligamur: *hoc enim longè elegantius sonat.* Lactemus Mss. h.

46.

Ib. Pag. 464. c. 10. B. 10. Augeri sibi optant tempora, sed quia concessa subsistere nequeunt, quot augmenta viuendi percipiunt, *diu viuendi spatia* totidem perdunt.

Obscura est lectio in vulgatis codicibus, lucem afferamus ex Mss. legendo de viuendi spatio. Mss. a. b. d. e. h.

47.

Ib. Pag. 465. c. 12. C. 8. Restringere ergo voluptatum fluxa deliberat, & resultare consuetudini, quasi totis se viribus parat. Sed vel obiecta oculis specie, vel ad memoriam reducta, cum *subiecta* tentatione concutitur, protinus à pristina præparatione dissipatur.

Legendum, id quod luce meridiana clarius est ex Mss. subita. Mss. a. b. d. e. h. Basil. 1503.

48.

Ib. Pag. 468. c. 14. B. 3. Qui--dissoluta mente, ea quæ *terrena* sunt, appetunt, nec gressu libero ad Deum pergunt, ipsi se suis inordinatis conatibus ligant.

Non malè in cusis codicibus legitur terrena: *sed quod sequitur, nec gressu libero ad Deum pergunt, ostendit legendum esse* æterna, *quam lectionem adprobant omnes Mss.* Mss. a. b. d, c. h. e,

49.

Ib. Pag. 470. c. 14. B. 8. Quæ est vita *nostra*? vapor est ad modicum parens.

Mss. a. b. d. h. Baſ. 1503. *Verba extant Iac. 4. v. 14. ſed pro noſtra ſcribas* veſtra: *conſentit cum Mss. textus Iacobi.*

Lib. 8. Moral.

50.

Ib. Pag. 479. c. 3. B. 4. *Loquitur D. Gregorius de* hominibus prophetiæ ſpiritu repletis, eóque nomine in ſui confidentiam deductis, *ſed malo ſuo*, cum eum qui haberi ſemper non poteſt, ſemper ſibi adeſſe prophetiæ ſpiritum exiſtimant -- Quia ſibi hanc & cum non habet tribuit, & in quantum habere potuit amittit -- *Deinde ſequitur.* Sicque fit vt inde poſt aliorum merita triſtis redeat: vnde æſtimatione omnium lætus præibat.

Mss. a. d. e. h. *Legas ex Mss. poſt* ad *aliorum merita, &c.*

51.

Ib. Pag. 479. c. 3. D. 2. In illa verba [militia eſt vita hominis ſuper terram:] Quia dum per ſpatia temporum creſcere appetit, *ad eorum ſpatium*, quod perdendo colligit, creſcendo pertranſit.

Mss. a. b. c. d e. h. Baſ. 1503. *Lectio obſcura, nec facilis intellectu, patet ex Mss. ſi legatur cum Mss.* ab eodem *ſpatio, quod perdendo colligit, creſcendo pertranſit.*

52.

Ib. Pag. 479. c. 3. E. 12. Qui ſit decurſus præſentis temporis penſat, dies cum operibus *munerat*: ne à labore vacua tranſeant vitæ momenta formidat.

Mss. a. b. d. e. c. h. Baſ. 1503. 1564. *Facili errore ſubſtituunt Romani* munerat, *pro* numerat, *tam ex metatheſi literarum, quam ex præmij commemoratione in præcedentibus verbis decepti, repugnant per omnia Mss.*

53.

Ib. Pag. 480. c. 4. B. 5. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei.

Mss. a. b. c. d h. Baſ. 1503. *Extant verba iuxta computum vulg. Pſ. 41. ver. 3. ſed perperam reddita & mala fide, idq; de induſtria, vt intelligatur fraus Pontificiorum Hebraicè legitur ad verbum Sitiuit anima mea ad Deum, ad Deum viuum, quando veniam, & videbor coram Deo? Sic enim Pagninus. Gregorius (ſi credimus antiquitati) citat crebro in Commentariis, Sitiuit anima mea ad Deum viuum: verum Pontificij, vt vulgatæ Editioni Bibliorum deprauatiſſimè editæ, fidem conciliarent, repugnantibus Mss. Codicibus legunt ad Deum fontem viuum, quam lectionem in perpetuum ſanciuit Sixtus V. in ſua Vaticana Editione (quam omnibus ſuis numeris abſolutam clamat in præfatione) ſub pœna anathematis. Sed malè cecidit. Nam cum Louanienſes ad marginem Libri annotaſſent 14. Mss. exemplaria* fortem *legere, Hebraicos Græcóque codices huic lectioni conformes eſſe, quæ lectio conſonat etiam vulgatæ Editionis textui, qui*

in Bi-

in Bibliis Regiis est, nec non Chaldaicæ Paraphrasi sicut litera * maiusculæ indicant, & cum fatente Bellarmino, vitiato loco aliquo manifesto errore Librariorũ liceat nobis recurrere ad fontes Hebræos & Græcos, vt SS. Patres monent; Clemens octauus vir optimè meritus de vulgata Editione, quia illud Augiæ stabulum perpurgare voluit, voluit, sed non potuit, Græcis Hebraicisq; fontibus inspectus, nec non loci circumstantiis libratus: τὸ fontem in τὸ fortem mutauit, directè contra mentem Sixtinam & expressam lectionem Gregorij. si veri sunt Romani Correctores, in sua Gregoriana legunt, Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, ita vt iam periculum sit ne in posterioribus Editionibus operum D. Gregorij corrigant vitiosam lectionem ex decreto Clementino, à quo nulla sit appellatio, vtpote summo iudice in negotio Religionis & Sacrarum Scripturarum interprete fidissimo, fidelissimo, infallibili, nisi quod fraterculus quidam ordinis Eremitici dictus Fortunatus Fauensis reuocauit non ita pridem in medium & quasi ex Edicto vnde vi, restituit Sixtina Biblia hoc modo: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Quod Plautus dicit verum esse quod Dij nos homines pro pilis habent, vero verius quadrat in Pontificios, sed longe maiore audacia, qui cum homines sint, Sacram paginam & Sacrosanctæ Scripturæ verba Deúmque opt. max. quasi pro pilis habent, vt huc vel illuc súsque déque pro arbitrio mutent, immutent, figant, refigant ad libitum verba Dei.

* Fortè 14. Mss. R. G. H C. Bell Lib. 2. de verbo Dei. c. 11. §. ad aliud & §. Sic illud p. 120. & 121.

Anno superiore 1609.

54.

Ib. Pag. 482. c. 6. C. 6. Amorem Dei, veram scilicet stationis arcem deserens, nec in se consistere potuit; quia lubricæ mutabilitatis impulsu, infra se per corruptionem proruens, etiam à semetipso discessit.

Legunt Mss. conformiter -- lubricæ mutabilitatis impulsu, semper per corruptionem corruens, etiam à semetipso dissensit. Mss. a. b. d.

55.

Ib. Pag. 484. c. 7. C. 2. In illa verba Iob [Dies mei velocius transierunt, quam à texente tela succiditur.] Tela quippe tarditatẽ * profectus habet: vita autem præsens moram defectus non habet. In illa quoque cum laborantis manus figitur, aduentus terminus elongatur: in ista verò quia tempus semper desinens indesinenter consumimus, ad finem nostri transitus, etiam quiescendo peruenimus: & per cursum nostri transitus, etiam dormientes imus.

* prouectus Mss. a. b. d.

Antiqui libri legunt non figitur quam ob causam viderint textores: nobis visum est monere lectorem ne incautus in contrarium sensum abducatur. Incerta res omnino est: consultò autẽ hoc notamus, quod etiam facimus in lectionibus dubiis, vt quam velit sententiam, eligat lector.

Mss. a. b d. h. e. c. Basil. 1503.

56.

Ib. Pag. 486. c. 8. A. 1. Vir sanctus humani generis damna considerans, dicat: Nec aspiciet me visus hominis, quia nimirum Redemptoris gratia, quem nunc intuetur, vt corrigat: tunc respicit, vt ab interitu abscondat.

Mss. a. b. d h. Baſ. 1503. *Non eſt omittenda vtrobíque negatiua particula, ita vt ſcribendum ſit iuxta mentem Gregorij, quemadmodum luce clarius conſtat ex negatiua priore. Nec aſpiciet me viſus hominis* -- ratio eſt -- *quia nimirum Redemptoris gratia, quem nunc* non *intuetur, vt corrigat*, *tunc* non *reſpicit*, *vt ab interitu abſcondat: confirmant hanc lectionem Antiqui libri, & ex verbis præcedentibus abunde patet.*

57.

Ib. Pag. 487. c. 10. C. 6. In illa verba [*Quapropter & ego non parcam ori meo*] Ori etenim ſuo *non* parcit, qui confiteri malum quod fecit, *non* erubeſcit. -- Sed iuſtus ori ſuo non parcit, quia iram iudicis diſtricti præueniens verbis contra ſe propriæ confeſſionis ſæuit.

Hoc in loco è contrario textu expellendæ ſunt vtrobíque negatiuæ, *non*, *Legendo ori ſuo parcit qui confiteri malum quod fecit*, *erubeſcit.* - *Sed iuſtus*, *& quæ ſequuntur* Nam *alias quorſum euaderet aduerſatiua. Sed in his & huiuſmodi locis iudicium damus, non præiudicium cuiquam facimus, fidem noſtram liberantes ex antiquiſsimis libris.* Mss. a. b. d. h.

58.

Ib. Pag. 493. c. 18. D. 5. Quia hoc ipſum, quod vtcúnque iam *ſuper nos* cognoſcimus, ex pietate parcentis eſt, quod verò hoc percipere perfectè non poſſumus, adhuc ex pœna vetuſtæ damnationis, rectè nunc dicitur [vſque quo non parcis mihi, &c.]

Mss. a. b. d h Baſ. 1503. *Obſcura lectio, cui illuſtrandæ ſunt perantiqui codices. Sic enim ſcribunt Quia hoc ipſum, quod vtcúnque iam* ſuperna *cognoſcimus, &c.*

59.

Ib. Pag. 497 c. 22. B. 1. *Deſpectat* quippe vox confeſſionis eſt, quam format iucunditas proſperitatis.

Mss. a. b. d h. Baſ. 1503. 1564. *Legendum ex Mss.* Deſpecta *quippe vox confeſsionis eſt, quam format iucunditas proſperitatis.* Sequitur, *Sola autem confeſsio habet magni meritum ponderis, quam à veritatis rectitudine nequaquam ſeparat vis doloris.*

60.

Ib. Pag. 502. c. 28. C. 8. Ante ſolem -- ſcirpus humidus cernitur, quia priuſquam diuina diſtrictio in iudicio *cadat*, omnis hypocrita infuſum ſe ſanctitatis gratia *oſtendat.*

Mss. a. b. d. h. Baſ. 1503. 1564. *Explanat Gregorius illud B Iob* [*Humectus videtur ſcirpus antequam veniat ſol*] *ſed vt ſua venuſtas ſeruetur verbis Gregorianis, lege pro* cadat: cãdeat, *verbum eleganter & loco ſuo poſitum & loco* oſtendat, oſtentat. *Habes conſentientes Mss. Codices.*

61.

Ib. Pag. 506. c. 30. B 5. Deſpiciatur iuſtorum ſimplicitas: atque à calliditate duplicium fatuitas vocetur. *Cui* deſpectus ſimplicium tranſit, citius duplicium gloria percurrit.

Mss. a. b. c. d. e. h. Baſ. 1503. *Verba obſcura, de ſenſu diuinandum eſt, cæterum tollitur omnis ambiguitas, ſi cum antiquis codicibus legamus* Citius *deſpectus ſimplicium tranſit, &c.*

Lib. 9. Moral.

62.

Ib. Pag. 514. c. 6. D. 8. In illa verba Iob. c. 9. [Et interiora Austri.] Quid námque in hoc loco Austri nomine, nisi feruor S. Spiritus designatur? Quo dum repletus quisque fuerit, ad amorem patriæ spiritalis *ignoscit*. Mss. a. b. d. e. h. Bas. 1503. 1564.

Lege ignescit *cum Mss. & Gillotio, absurda prius lectione mutata in meliorem.*

63.

Ib. Pag. 515. c. 6. B. 8. Vir sanctus exteriora nominans, interiora considerans, aperta narrans, occulta penetrans, omne quod interius exteriúsque agitur dicere conatur: sed opera summæ magnitudinis quando explicet lingua carnis? vnde & apte mox hæc eadem opera melius *definiendo* comprehendit, dicens: [Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia, quorum non est numerus.]

Rectius habent antiqua exemplaria Mss. voce propemodum contraria deficiendo, *pro eo quod legitur definiendo.* Mss. a b d. h.

64.

Ib. Pag. 515 c. 6. C. 6. Laudate eum in potentatibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius: laudat, qui se succumbere in eius laudis expletione considerat.

Imperfecta locutio nisi restituatur in hunc modum ex scriptis Codicibus: Laudate eum in potentatibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius: Ille quippe Dominum secundum multitudinem magnitudinis eius laudat, *qui se, &c.* Mss. a. b. d. e. h. Bas. 1503. 1564.

65.

Ib. Pag. 520. c. 13. D. 5. Quasi latrunculus -- est appetitus laudis humanæ, qui tecto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur.

Solent latrones avia quærere & in occultis insidiari probis hominibus recto itinere, & quasi via Regia incedentibus: pro tecto *itaque legatur* recto, *suffragantibus huic lectioni Mss. Codicibus vna cum Gillotio.* Mss a b. c. d e. h. Bas. 1503. 1564.

66.

Ib. Pag. 528 c. 20. C. 10. Possunt recti quilibet per acceptæ *pœnitentiæ* meritum aliquando *præsentis* motibus animaduersionis obuiare: non autem valent virtute propria ab humano genere supplicia secuturæ mortis expellere. Mss. a. b. d. h. præsentes Mss. h. e. c.

Substitue loco pænitentiæ, innocentiæ *& pro* præsentis *lege* præsentibus *ex Mss. tam Oxoniensibus quàm* * *Parisiensibus, & sana erit lectio.* * Indicat hoc Gillotius loco citato ad oram libri.

67.

Ib. Pag. 528. c. 21. E. 3. Redemptor -- humani generis, mediator Dei & hominis per carnem factus, quia iustus in hominibus solus apparuit, & tamen ad pœnam culpæ, etiam sine culpa peruenit, & hominem redarguit ne delinqueret, & Deo obstitit ne feriret: exem-

pla innocentiæ præbuit, pœnam malitiæ suscepit. Patiendo ergo vtrúnque arguit, quia & culpam hominis *per* iustitiam aspirando corripuit, & iram iudicis moriendo temperauit.

Mss. a. b. c. d. e. h. *Dele præpositiunculam* per, *& liquidius apparebit institutum Gregorij.*

68.

Ib. Pag. 531. c. 25. D. 7. Qui districtione iudicis nequaquam *innocentem*, sed *paupertatem* suam obiicit, non iam de vita audaciam arripit: sed quam se infirmum conspiciat, ostendit.

Mss a. b. c. d. e. h. Basil. 1503. 1564. *Legatur ex Gillotio & Mss* innocentiam, *verbum oppositum aduersus paupertatem.*

69.

Ib. Pag. 532 c. 26. C 6. Quid tibi restat nisi parcere, cuius virtuti nullus valet obuiare? *Quoniam* non est, qui animaduersionem tuam ex merito suæ virtutis retineat, eò à se facilius tua pietas exigit vt parcat.

Mss. a. b. c. d. e. h Basil. 1503. 1564. *Muta quoniam, in,* quo enim, *sequitur enim, eo quod respondet: & ita habetur in Mss.*

70.

Ib. Pag. 536. c. 33. C. 8. Suadente antiquo hoste, [Adamus] ad cibum prohibitum manum *intendit*, sed in fouea protinus caueam inuenit.

Mss. a. b. d. h. Basil 1503. Par. 1586. *Manum* intendit *minus propriè dicitur, legatur potius ex Mss.* tetendit.

71.

Ib. Pag. 536. c. 33. C. 10. Sed cum multa agere conatur, & non valet, eiusdem corruptionis suæ obstaculis, quasi caueæ vectibus *ligatur*, atque ad auras liberas, gratia interueniente, reducitur.

Mss. a. b. d. h. *Legas secutus membranas* leuatur, *pro ligatur.*

72.

Ib. Pag 536. c. 33. D. 7. Post foueam itaque caueam patitur, quæ *erecta* ex æterno supplicio, à prauæ voluntatis motibus, sub cœlestis artificis dispensatione religatur.

Mss. a. b c. d. e. h. Baf. 503. 1564. *Retinenda lectio quam habet Gillotius cum Mss.* erepta.

Lib. 10. *Moral.*

73.

Ib. Pag. 549. c. 6. A. 7. Sitiuit anima mea ad Deum *fontem* viuum.

Mss a. b. d h. Baf. 1503. *Dele* fontem, *ex Mss. de qua re videnda scholia nostra. supra ad locum* 52.

74.

Ib. Pag. 554. c. 11. B. 11. Cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus alterum. Hinc rursum ait: Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis. Hinc *contra institutionem* postulationis,

lationis,conditionem posuit pietatis, dicens : Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris &c.

Legendum ex Mss. Hinc constitutioni *postulationis &c. sensu planè diuerso.* Mss. a. b. d. h. Bas. 1503.

75.

Ib. pag. 556. c. 12. C.3. Hinc sanctorum *gloria* Ioanni Angelus indicans,ait : Hi sunt,qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas,& dealbauerunt eas in sanguine agni. Mss. a. b. d. h. Bas. 1503. 1564. Par. 1586.

Perspicua erit lectio si ex Mss. legamus gloriam.

76.

Ib. Pag. 556. c. 12. D.4. Sæpe -- transitoriis occupati, pensare negligimus per quanta peccamus: sed,si reducto considerationis malo oculo, à sinu cordis terrenæ cogitationis *ager* excutitur,quicquid in mente latebat, inuenitur.

Pro ager *lege,*agger, *confirmant hanc lectionem Mss. Codices vnà cum Gillotio.* Mss. a. b. d h. Bas. 1503.

77.

Ib. Pag. 557. c. 13. C.1. In illa verba contextus [Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis] Quod oculorum nomine *vera intentio exprimatur*, per Euangelium veritas attestatur Matth. 6. Gillotius notat ita haberi in Mss.

Quod oculorum nomine vis intentionis exprimitur *&c. Clarè constat ex Mss. tam Anglicanis quam Gallicanis sic legendum esse.* Mss. a. b. d. h. Basil. 1503.

78.

Ib. Pag 557. c. 13. E.3. Tunc *voluntas* subtrahitur,sed voluptatis culpa seruatur,& repente miseri pereundo discunt,quia peritura tenuerunt.

Proculdubio legendum est ex Gillotio & Mss Tunc voluptas *subtrahitur.* Mss. a b c. d. e. h. Basil 1503. 1564.

79.

Ib. Pag. 559. c. 14. A.2. Ergo vos estis soli homines & vobiscum *orietur* sapientia? Et paulo post -- quid aliud quam hanc eandem secum *oriri* sapientiam putat! Nam quam adesse aliis abnuit, soli sibi hanc tribuens,profecto intra tempora suæ breuitatis claudit.

Legendum vtrobiq; ex Mss. morietur *&* mori : *assentitur huic lectioni textus.* Mss a. d. h.

Lib. 11. *Moral.*

80.

Ib. Pag. 563. c. 1. A. 10. *Qui* -- ad studiosè legendum non vacat, huius partis ei breuitas placeat.

Manifestum est mendum, corrige ex membranis substituendo Cui , *pro* qui. Mss. a. b. c. d. e. f. h.

81.

Ib. Pag. 565. c. 4. C.8. *Induendum* est, quia cum vna sit sapientia,

alium minus, alium magis inhabitat.

Mss. a. b c. d. e f. h. Baſ. 1503. 1564. *Et hic pro* induendum, *ſubſtitue*, intuendum *ex Mss. & perſpicua erit lectio.*

82.

Ib. Pag 575. c. 17. C. 10. De *reprobis* -- ſenſu ſcriptum eſt: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.

Mss a b. c. d. e. f h. *Lege* reprobi, *conſentiunt Mss. Codices cum Gillotio.*

83.

Ib. pag. 577. c. 20. B. 8. In conſpectu tuo iuſtus eſſe non valet, qui tibi non per dilectionem, ſed per formidinem ſeruit. Vnde & ipſam conditoris ſui præſentiam, *qua* familiariter ac corporaliter quærit.

Mss. a. b. c. d. e. f. h. *Lege* quaſi *familiariter &c. conſentiunt membranæ.*

84.

Ib. pag. 577. c. 21. D 7. Inter ſcelera & delicta hoc diſtat, quod ſcelus etiam pondus peccati tranſit, delictum verò pondus peccati non tranſit. -- *Et nonnunquam* ſcelus in opere eſt, delictum verò pleúmque in ſola cogitatione.

Mss. a. b. c. d. e. *Legunt Mss. conformiter* nunquam ſcelus niſi *in opere eſt, &c.*

Lib. 12. Moral.

85.

Ib. Pag. 588. c. 12. B. 10. [Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam] Signantur quaſi in ſacculo delicta noſtra, quia hoc quod nos exterius agimus, niſi pœnitentia interueniente diluamus, in ſecreto iudiciorum Dei ſub quadam occultatione ſeruatur: vt quandóque etiam de *ſigillo* ſecreti exeat ad publicum iudicij.

Mss. a. b. c. d. e. *Ex contextu perſpicuum eſt mendum, legendum itaque de* ſacculo *ſecreti.*

86.

Ib. Pag. 595. c. 21. E. 7. Sciendum quoque eſt, quia rex qui præparatur ad prælium, ſic de hoſte ſuſpectus eſt, vt *eundem* quoque quem ducit exercitum metuat, ne labefactetur, ne deſtitutione militum, iaculis pateat inimicorum.

Mss a. b. c. d. e. f. h. *Lege* eidem, *ſic eſt in veteribus Mss.*

87.

Ib. pag. 597. c. 22. B. 1. [Non habitabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius, nec mittet in terram radicem ſuam.] Quod hic: Non habitabitur, dictum eſt: in quibuſdam codicibus reperi, non ditabitur: ſed ſenſus non diſcrepat, quamuis à ſe ſermo diſcordet. Ille enim virtutibus ditatur, cuius mentem inhabitat omnipotens Deus. Sed quia ſuperbi cogitatio ab auctoris ſui gratia non inhabitatur, profectò per hoc virtutibus non ditatur. Propter hoc ergò quod interius

terius

terius est vacuus, *ditatur*, non *inhabitatur*.

Si verum sit quod habet Gregorius, ditari & habitari sensu non discrepare, corrigenda est vitiosa lectio ex membranis, scribendo, dicatur; *non, inhabitabitur: nam aliâs pugnantia secum loqueretur.* Mss. a. b. c. d. e. Bas. 1503. 1564. dicitur Mss. h f.

Lib. 13. Moral.

88.

Ib. Pag. 601. c. 2. D. 4. Electi frequenter aliena mala quasi sua audiunt, & ab his eis crimen impingitur, à quibus crimina *impincta* perpetrantur

Quia insolens est vox impincta, *Gillotius ex veteribus libris eius loco reponit* impacta: *consentiunt nostri Codices.* Mss. a. b. c. d. e. f h.

89.

Ib. Pag. 602. c. 3. C. 3. Consolamur prauos in flagello constitutos, cum de exteriore percussione interiorem in eis conualescere salutem *inducamus*.

Pro inducamus, *substituas ex Mss.* indicamus. Mss. a. b. c. d e h. f. Bas. 1503. 1564.

90.

Ib. Pag. 603. c. 4. D. e. Cum sanctam Ecclesiam *subdita* aduersitatis procella turbauerit, illico ostendunt quid in perfida mente moliuntur.

Surrogandum est in locum subdita, subita, *ex veteribus libris.* Mss. a. b. c. d f h. Bas. 1503. 1564. subito Mss. e.

91.

Ib. Pag. 605. c. 6. A. 5. Lachrymæ eius in maxillis eius: quia in aduersitate Ecclesiæ illi amplius plangunt, qui vitam carnalium *constringere* prædicando nouerunt.

Dixerat in prioribus maxillas Ecclesiæ sanctos Prædicatores existere, itaque inuenustius legitur constringere, *subijcias loco eius ex Mss.* confringere: *consentit Gillotius.* Mss a b c. d. e h f. Bas. 1503. 1564.

92.

Ib. Pag. 607. c. 9. E. 3. Tunc in cœlo testem, & conscium in excelsis habuit, quando hi, qui eum morientem in carne cernebant, diuinitatis eius potentiam considerare nesciebant. Et cum ignorarent homines, in morte tamen *mediatoris Dei* & hominum nouerat, *qui* cum ipso operabatur pater.

Falso adductus locus & contra fidem antiquissimorum exemplarium. Sic illa: in morte tamen mediator *Dei & hominum nouerat, quid cum ipso, &c.* Mss a. b. c. d e h. f. Bas. 1503.

93.

Ib. Pag. 610. c. 11. B. 1. Dum in *infirmis* voluptatibus dimissi, terrena bona semper desiderant, cor ad superna gaudia nunquam leuant.

Pro infirmis, *lege* infimis, *vna cum membranis & Gillotio.* Mss. a. b. c. d. e. f. h. Bas. 1503. 1564.

94.

Ib. Pag. 610. c. 11. B. 3. Qui per disciplinam custodire vitam minimè student, *sed ex desiderio* in imis iacent.

Mss. a. b c. d e. h. f. *Sic legendum est*, semper per desideria *in imis &c. ex Mss.*

95.

Ib. Pag. 613. c. 17. B 8. Quia ergo tunc electi ante aduentum Domini, & in labore vitæ præsentis se esse cernebant, & tamen post præsentem vitam necdum cœlestia bona percipere, multis cogitationibus *verebantur.*

Mss. a b. c. d. e. h f. Basil. 1503. *Non malè veteres codices cum Gillotio legunt* vrebantur.

Lib. 14. *Moral.*

96.

Ib. Pag. 615. c. 2. E. 2. Omnes hæretici sanctam Ecclesiam, in quibusdam *incognitis* superbire putant, quædam verò nec intelligere suspicantur.

Mss. a. b. c. d. c. h. f. *In quibusdam* cognitis: *sic legendum, non vt cust: in quibusdam* incognitis.

97.

Ib. Pag 632. c. 25. D. 3. Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei! Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel *celte* sculpantur in silice.

Mss. a. b c. d. e. f. h *Verbum* celte *de industria mutatum est, loco* certe, *quod magis respondet Hebraicæ veritati. Obseruatum est à Louaniensibus ad oram libri, in vno Mss. exemplari extare hanc lectionem, quæ causa fuit vt in textum Editionis Clementinæ admitteretur non ita pridem. Præclarè nobiscum agitur, si sub specioso vnius aut alterius membranæ obtentu, S. Scripturæ textum corrumpant, & vitiato contextu in aliqua Editione, protinus ad illius normam corrigant scripta sanctißimorum Patrum.*

98.

Ib. Pag. 633. c. 26. D. 2. Leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredictes & spiritus in alis earum -- *deinde sequitur* -- Quæ & in *alis* suis spiritum habere narrantur: quia in actionibus suis Satanæ voluptati deseruiunt.

Mss. a b. c. d. e. f h. Bas 1503. 1564. *Scriptura vitiata additione facta vnius literulæ, cuius loco scribendum est* alis. *Abundè probatur ex constanti lectione Mss. & Gillotio.*

99.

Ib. Pag. 634. c. 26. B. 10. Duris cordibus loquitur stilo ferreo in plumbi lamina, vel *celte* in silice scribit.

Mss. a. b. d. e. f. *Quicquid vrgent Pontificij de hoc verbo nec somniauit quidem Gregorius, sicut prius monui: nam repugnat per omnia commentarius.*

100.

Ib. Pag. 637. c. 29. A. 2. Eutycius [*scil. hæreticus qui* negabat *resurrectionem carnis, aut saltem affirmabat* corpus palpabile, & veram carnem

non

non posse resurgere Pauli testimonium indiderat, dicentis: Tum quod seminas, non viuificatur nisi prius moriatur: & quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum. Hoc nimirum ostendere festinans, quia caro vel *impalpabilis*, vel ipsa non erit: dum sanctus Apostolus de resurrectionis agens gloria, non corpus quod futurum est, seminari dixerit.

Manuscripti libri summa verborum consensione legunt cum Io. Diacono, quia caro vel palpabilis, *vel ipsa non erit, &c quid faceres in tãta diuersitate lectionũ repugnantium? certè quidem, tametsi prior lectio videatur primo aspectu verior iudicanda, quam retinent excusi Codices, tam veteres quam qui noui: tamen tũ quia argui potest subtiliter in contrarium, tum propter auctoritatem Ioannis Diaconi, & consensum codicum satius videtur lectorem monere quam mutare lectionem. Eo quod hoc ratum atque fixum sit apud omnes in Arte Critica exercitatos, sine exemplaribus (modo suppetant, & sit copia adeundi) nihil esse mutandum, proinde in medio relictam rem discutiat atque dispiciat cordatus lector.* Mss. a b. c. d. e f. h. Bas. 1503. Io. Diac.

101.

Ib. Pag. 638. c. 30. A. 11. Omnis, qui peruersa agit, eo ipso quo hoc despicit, esse Dei iudicium nescit.

Mancus atque mutilus locus, reficiendus ex membranis in hunc modum -- eo ipso quo hos timere *despicit, esse Dei iudicium nescit.* Mss. a. b c. d. e. h.

Lib. 15. *Moral.*

102.

Ib. Pag. 639. c. 1. D. 10. In illa verba [Doctrinam, qua me arguis, audiam: &c.] -- Nam qui *dicentis* verba despiciunt, doctrinam eius non ad adiutorium, sed ad occasionem certaminis sumunt.

Rectius habetur in membranis docentis, *vt ex superioribus apparet, & sequentia probant.* Mss. a b. c. d. e. f. h.

103.

Ib. Pag. 640. c. 2. A. 10. Ponamus -- quemlibet hominem à primo die mundi conditum, vsque ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam, quam *quasi* longam ducere videbatur, finire: ecce finis adest, præterita iam nulla sunt, quia cuncta transierunt. Mss. a. b. d. e. in marg. Mss. e.

Non quasi *scribendum, sed* sic: *ita seruabimus tum gratiam Auctoris, tum lectionem in membranis.*

104.

Ib. Pag. 644. c. 9. E. 11. Illi [scil. aspidi] mors in suctione capitis, viperæ autem in lingua esse perhibetur: quia repentina tentatio sæpe inopinatam mentem mox vt *fugit* interficit, longa verò tentatio, quia praua diutius persuadendo suggerit, velut ex lingua vipera, occidit. Mss a. b. c. d. e. f.

Pro fugit *malim* surgit, *nos in libris antiquis ita inuenimus.*

105.

Ib. Pag. 646. c. 12. D. 8. Solent -- tardius apparere diuina iudicia, cum præpediuntur, ne impleri debeant mala vota. *Non* quanto citius malum votum impleri permittitur, plerúmque tanto celerius punitur.

Mss. a. b. c. d. e. f. h. Baf. 1503. 1564.

Sic legitur, mendosè proculdubio: dele negatiuam particulam non, *& eius loco legatur* Nam, *ex antiquis exemplaribus.*

106.

Ib. Pag. 646. c. 12. E 3. [Remansit de cibo eius.]

Mss. a. b. c. d. e. f. h. Basil. 1503. 1564.

Locus est Iob. 6. 20. v. 21. corruptus sine dubio. Negatiua particula necessaria hic est; scribas Non *remansit, ex antiquis exemplaribus.*

107.

Ib. Pag. 647. c. 13. C. 4. Ipsa quoque [vir auarus] quæ congesta sunt, curat magnopere, ne ex naturæ propriæ defectu per negligentiam *consummantur*.

Mss. a. b. c. d. e. f. h. Basil. 1503. 1564.

Vitio operarum sic scriptum est, corrige vitiosam lectionem ex Gillotio & Mss. legendo consumantur.

108.

Ib. Pag. 648. c. 16. E. 7. Sæpe -- videas iniquum in terrena potestate constitutum, graui furore commoueri, quicquid *ita* suggesserit exequi.

Mss. a. b. c. d. f. h. Basil. 1564.

Corruptè legitur ita, *pro quo* ira *scribemus, cum hæc lectio sit veterum exemplarium.*

109.

Ib. Paulo post. c. 16. E 11. Cum * *rex* exigit, vt loqui quid *humiliter* debeat, quasi postposito terrore superbiæ, remissa locutione blanditur, & cum superbus videri desierit, duplex effici non pertimescit.

* Baf. 1503. 1564.

Sic Romæ impressi Codices: Apud Mss. legitur; cum res *exigit vt loqui quid* dupliciter *debeat: & non abest quin hæc sit Greg. mens & scriptura.*

Mss. a. b. c. d. e. f. h.

110.

Ib. Pag. 650. c. 19. B 5. Possunt per terram non [*solum*] peccatores & reprobi, sed & hi, qui terrenis actibus occupati, eleemosynarum & lachrymarum ope ad æternam vitam perueniunt, designari: de quibus per Psalmistam dicitur, cum venire Dominus ad iudicium nuntiaretur: Aduocauit cælos sursum & terram, vt discerneret populum suum: Cœlos quippe sursum aduocat, cum hi qui sua omnia relinquentes, conuersationem cælestis vitæ tenuerunt, ad consedendum in iudicio vocantur, atque cum eo iudices veniunt. Terra etiam sursum vocatur, cum hi, qui terrenis actibus obligati fuerant, in eis tamen plus cœlestia quam terrena lucra quæsierunt, quibus dicitur: Hospes eram, & collegistis me, &c.

Ps. 49.

Quis non videt illico, legendum ex veterum librorum consensu: Possunt per terram non peccatores & reprobi, sed hi qui terrenis &c. Illud solum *additum est ab aliquo sciolo: sed non illud solùm contra sententiam Greg. neque enim existimauit*

Mss. a. b. d. e. h. f.

stimauit reprobos ad æternam vitam peruenire, aut cum Deo ad consedendum in extremo iudicio vocari, aut hoc eis iure competere quod dicitur Matth. 25. Hospes eram &, &c.

111.

Ib. Pag. 650. c. 19. D. 10. Nunc -- & peccantem considerat iudex & tolerat -- Sed in furoris die detrahetur, quia vindictæ tempore raptus ad supplicia, ab *interni* iudicis vultu separatur.

Non malè scriptum est interni, *sed multo rectius* æterni *damus, ex fide membranarum.* Mss a. b. c. d. e. f. h.

112.

Ib. Pag 655. c. 29. D. 2. Sæpè impius opes terrenæ substantiæ adesse sibi, quasi magnam luminis lucernam putat: sed dum irruente damno, diuitias quas plus se amabat, perdiderit, quid iste aliud quam lucernam, in cuius lumine *gaudebat*, amisit.

Constat ex veterum lectione scribendum esse gradiebatur. Mss. a. b. c. d. e. f. h.

113.

Ib. Pag. 657. c. 31. B. 3. Cui -- sua sapientia iam tunc minime proderit: quia *hoc* vbi operari iuxta sapientiam debuit, tempus amisit.

Hic, *pro* hoc, *potius legendum existimo ex Mss.* Mss. a. b. c. d e. f. h.

114.

Ib. Pag. 661. c. 39. E. 9. Post se omnem hominem trahit, & ante se innumerabiles: quia & tunc minus *tollit* cum omnes tulerit: & nunc amplius diripit, cum corda *omnium* inuadit. trahit. Mss. a. b. d. e.

Sensus clarus erit, & oratio venusta, si pro omnium, *legatur* innumerabilium, *quod in membranis omnibus lectum est constanter.* Mss. a. b. c. d. e. f. h.

Lib. 16. Moral.

115.

Ib. Pag. 664. c. 3. D. 7. Sancta -- Ecclesia -- si iam sunt sibi cognita, modestè supprimit: aut si adhuc *videtur* incognita, humiliter fatetur.

Corrigo sine dubio ex libris perantiquis, scribóque videntur, *sin minus quis erit sensus huius loci, qua mens. Greg.? rectè veréque Gillotius cum Mss.* videntur. Mss. a. b. c. d. e h f. Bas. 1503. 1564.

116.

Ib. Pag. 664. c. 3. E. 5. Quia -- S. Ecclesia ab infirmis mentibus prohibet alta perscrutari, *beati* Iob dicitur Esurientem subtraxisti panem.

Neque hic etiam excusare negligentiam Correctoris Romani possumus, qui cum animaduerteret probè lectum iri à Gillotio beato, *quæ lectio est omnium exemplarium fide probata, nihilo secius tamen* beati *vocem posuit, mendosè proculdubio.* Mss. a b. c. d. e. h. f. Basil. 1503. 1564.

117.

Ib. Pag. 665. c. 4. A. 8. Quia ſubtractis hæreticorum magiſtris, eorum diſcipulos in ſuo opere *firmari* ſuſpicantur, quaſi lacertos pupillorum comminutos ab Eccleſia eſſe conqueruntur.

Mss. a. b. c. d. e. h f. Baſ. 1503. 1564. Par. 1586.

Non poteſt hoc verbi conſiſtere, ac propterea emendamus ex antiquis codicibus, ſubſtituendo eius contrarium quod eſt infirmari : *Locum autem hunc vitiatum antea, ac etiam non intellectum, ſi perſpicaces Rom. oculos animaduertamus, etiam atque etiam mirari queas.*

118.

Ib. Pag. 665. c. 4. B. 4. Quia ergo eos à carnali intentione ſuæ ſuperſtitionis reuocat, hæretici cum hos aſpiciunt aliter viuere quam docuerunt, lacertos eorum ab operatione, quam prius tenuerant, comminutos eſſe ab Eccleſia *deteſtantur.*

Mss. a. b d. e. h. f. conquerun-tur Ms. c.

Quid opus eſt de, *voce neque huic loco apta, neque vſu recepta* : teſtantur *ſcribimus, & iudicium noſtrum, & membranas ſecuti.*

119.

Ib. Pag 666. c. 5. E. 2. Videas -- plurimos temporalia ſola cogitare, honores quærere, ambiendis rebus inhiare, nil poſt hanc vitam requirere. Quid itaque iſti niſi in prima ſe generatione dedicant? [Et] videas electos nil præſentis gloriæ quærere, libenter inopiam ſuſtinere, mala mundi æquanimiter perpeti, vt poſſint in fine coronari. *Electio* ergo Enoch in ſeptima generatione naſcitur: quia ſui dedicationem gaudij in extremæ retributionis gloria requirunt.

Mss. a. b. c. d. e. h. f. Baſ. 1503 1564. Paterius

Electio *ergo Enoch &c. quis hæc caperet, malim itaque* Electis *ergo &c. nam & in omnibus Mss. exemplaribus conſtanter inuenitur, nec diſſentit Gillotius.*

120.

Ib. Pag. 667. c. 7. E. 2. Etſi mortuam ſuam carnem relinquunt, ipſam quoque in reſurrectione recipiunt.

Mss a. b. c. d. e f h Baſil. 1503. 1564.

Habetur in Mss. & Gillotio particula Hic : *legunt enim*, Etſi hic *mortuam, &c.*

121.

Ib. Pag 668. c. 8. D. 9. Eloquia Domini caſta, argentum igne examinatum.

Mss. a. b. c. d. e. f. h.

Poſtremum verbum, culpa Typographi, *in multis editionibus prætermiſſum ſic ex Mss. Cod reſtituimus - argentum igne examinatum* terræ.

122.

Ib. Pag. 671. c. 11. C. 11. Rectè dicitur: [Nunc quoque] vt apertè monſtretur: quia electorum mens, ſine amaritudine, & in proſperitate non fuerit.

Mss a. b. c. d. e. f. h.

[*Nunc quoque* in amaritudine ſermo meus] *ſcribo ex omnibus Mss. deerant enim antea verba ſine quibus non poteſt eſſe.*

123.

Ib. Pag. 673. c. 14. B. 6. In altitudine -- ſua diuinitas à nobis vtpote paruulis, apprehendi non potuerat, ſed ſtrauit ſe hominibus per *humili-*

militatem, & quasi in iacentem ascendimus : surrexit, & leuati sumus.

Non male sic lectum est excepto mendo literario, sed conuenientius habent Mss. omnia exemplaria, humanitatem, *vt diuinitati respondeat: quo loquendi vtitur modo creberrimo D. Gregorius; & hanc lectionem haberi in Mss. Parisiensibus annotatum est ad oram libri Gillotiani.* Mss a. b. c. d. e f h. Par. 1586. & Bas. 1564. in margine.

124.

Ib. Pag. 678. c. 20. C. 8. Quoties in æternitate ista cogitamus, æternitatem necdum cognouimus. Ibi quippe est quod nec initio incipitur, nec fine terminatur, vbi neque expectatur, quod veniet, neque *percurrit* quod debeat recordari. Mss. a. b. d f. præcurrit Mss h e. c.

Ridicula lectio est quam hic relinquunt, ita corrigenda: recurrit *quod debeat recordari, sic habent Mss. exemplaria.*

125.

Ib. Pag. 678. c. 20. D. 4. Adhuc æternitas non habet, quæ semper esse habet, in qua nulla pars suæ longitudinis præterit, vt pars alia succedat, sed totum simul esse est, *& nil deesse, quod cernat*, in qua omne quod est, animus videt, & tardum non esse, & longum esse.

Mss Codices -- totum simul esse est, vt nil deesse videatur quod non cernat, *in qua &c. rectius mea sententia, quam impressi.* Mss. a. b. c. d. e. f. h.

126.

Ib. Pag. 680 c. 23. E. 2. Quasi *quidem* quippe intra S. Ecclesiam senatores sunt *viri doctiores*: qui cum scientiam in corde multiplicant, veris apud se diuitiis abundant. Mss. a. b. c. d. f. h. e. viri doctores Bas. 1503.

Legas ex Mss. Quasi quidam -- *& paulo post*, veri doctores.

127.

Ib. Pag. 681. c. 23. D. 5. In Euangelio, Dominus *conuiuantium populorum* etiam per locorum distinctionem concordiam designauit, cum satiaturus de quinque panibus populum, quinquagenos per turmas, vel centenos discumbere præcepit.

Muto conuiuantium populorum, *in* conuiuentium famulorum. *Imperiti Librarij a pro e sæpissime scripserunt.* Mss a. b. c. d. e. f. h.

128.

Ib. Pag 686. c. 29. A. 8. Caro -- cum concupiscitur, pensetur *quis* sit exanimis, & intelligitur quid amatur.

Elegantissime modum explicat fragilitatis humanæ, & si pro quis, quid *legatur, iuxta consensum vetustiss. Codicum, sensus clarus erit, & oratio perfecta.* Mss a. b. c. d e f h. Basil. 1503.

Lib. 17. Moral.

129.

Ib. Pag 686. c. 1. E. 7. Sanctus vir -- sic præsentibus differat vt de futuris reticescat.

Mss. a. b. c. e. f. h. Basil. 1503. 1564. *Supinitate Correctoris Romani, ita prius editum est. Nam in membranis & Gillotio, lectum est constanter sic de præsentibus differat.*

130.

Ib. Pag. 688. c 4. C. 10. In illa verba [Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia] Quisquis delinquit & viuit, idcirco hunc diuina dispensatio in *æquitate* tolerat, vt ab iniquitate compescat. Sed qui diutius toleratur, nec tamen ab iniquitate compescitur, munus quidem supernæ patientiæ percipit, sed reatus sui vinculis, eo ipso se munere arctius astringit.

Mss. a. b. c. e. f. h. Bas. 1503. *Quia præcesserat delinquit & viuit, & periculum sit ne posit aliquando de Deo dici, in æquitate tolerat impios, adscripsimus, verbum huic contrarium* iniquitate *ex Mss. Consultò autem hoc notamus, quod etiam facimus in omnibus lectionibus dubiis, vt quamlibet sententiam eligat lector quam voluerit.*

131.

Ib. Pag. 689. c. 5. A. 8. Quæ mea sunt, iam videre refugio: quia per imitationis tuæ viam pergere *conuersionis* gressibus inardesco.

Mss. a. b. c. e. f. h. Bas. 503. *Pro* conuersionis, *lege* conuersationis, *sic legendum esse constat ex superioribus. Has namq; humanæ conuersationis vias videre contempserat qui dicebat &c. tuentur hanc lectionem membranæ.*

132.

Ib. Pag. 689. c. 5. C. 1. Cum repentinus hanc [scilicet iniquorum gloriam] finis intercipit, breuem proculdubio fuisse redarguit: quoniam *determinas* innotescit, quia quod præterire potuit, modicum fuit.

Mss. a. b. c. e. f. h. Bas. 1503. *Sic habent Mss. exemplaria, -- quoniam* finis determinans *innotescit, &c.*

133.

Ib. Pag. 689. c. 5. D. 7. Sic spumosæ aquarum bullæ inchoantibus pluuiis excitatæ, ab intimis certatim prodeunt, sed eò celerius diruptæ depereunt, quo inflatæ *citius* extenduntur.

Mss a. b. e. c. f. h. Altius *extenduntur: ita habent omnia exemplaria, similia legas apud Greg. multa, dum verbum verbo ita respondet, quamuis disparis significationis, vt significantius animi sui sensa dicendo efferat: exempli causa in hoc loco componitur, siue opponitur potius, altius, verbo celerius, inflatæ, diruptæ: extenduntur, depereunt, & huius generis amplificationibus admodum delectatur Gregorius, vt compertissimæ veritatis est.*

134.

Ib. Pag. 695. c. 13. E. 7. Omnipotenti Deo suppetit, etiam vasa Diaboli, cunctis virtutibus vacua, suæ gratiæ munere implere, in eisque diuini *amoris* soliditatem ponere, quos nulla conspicit rectitudinis actione roborare.

Mss. a. b. c. c. f. h. In marg. Bas. 1564. *In hunc sensum forte accipienda sunt verba D. Gregorij: sed malo tueri librorum consensum, & aliter scribere, seruata lectione in membranis, in eisq; diuini* timo-

timoris *soliditatem ponere, quæ lectio est in margine apud Gillotium.*

135.

Ib. Pag.700. c.19.E.6. Quia Apostolorum virtutem premere,nec flagella valuerunt,*potenter* ostenditur. Mss. a. b. e. c. f. h. Baſ. 1503.

Scriberem patenter, *ex membranis.*

136.

Ib. Pag.701. c.19. A.4. Sancti -- spiritus iam virtute solidatus, huius mundi altitudines libertatis calce deprimebat; vt in imo esse *decerneret*, quicquid contra Creatoris *gratiam* altum tumeret. gratiam. Mss. c. e.

Lege pro decerneret, cerneret, *& substitue, pro* gratiam, gloriam, *ita n. Mss. Codices.* Mss. a. b. c. f. h. e.

137.

Ib. pag.702. c.21. C.6 Si humilitatis eius admiranda vix ferimus: *horrendum* atque terribilem maiestatis eius aduentum, qua virtute tolerabimus? Hunc tonitruum aduentus illius, etiam Psalmista *insinuat*, dicens: Deus manifeste veniet -- & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, &c. Ps. 49.

Lectio verior & argutior est,quam habent omnia Mss. exemplaria scribendo sonorum -- & insonat *spreta eâ quæ in contextu.* Mss. a. b. e. c. f. h. Baſ. 1503.

Lib. 18. *Moral.*

138.

Ib. Pag.703. c.1. A.2. Sæpe dicta talia in eadem historica narratione permixta sunt, per quæ superficies historiæ cuncta cassetur: quæ nil historicum resonat, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. Mss. a. b. c. e. f.

Sermo confusus & saucius,nisi legamus quæ dum *nihil historicum resonat &c. fidem Mss. Codicum secuti.* Baſ. 1503. 1564.

139.

Ib.Pag.708. c.7. B.2. Propheta ait: Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est: tunc videbitur, & prope non erit.

Desunt nonnulla verba in editis libris -- inuocate eum dum prope est: modo enim non videtur,& prope est, *tunc videbitur & prope non erit. Quæ verba reperiuntur in libris scriptis.* Mss. a. b. c. e. f. Basil. 1503. 1564.

140.

Ib Pag.711. c.11. B.5. Sæpe hæretici in contemptu vniuersalis Ecclesiæ,potentum sæculi patrociniis fulciuntur, *eiúsque* diuites protectione atque administratione quanta præualent opitulari non cessant. Mss. a. b. e. c. f.

Vt sensus integer constet pro eiúsque, eisque, *legendum est, ex membranis.* Basil.1503. 1564.

141.

Ib. Pag.716. c.16. E.8. In illa verba [Ferrum de terra tollitur --

An non Matthæus inuentus est, qui terrenis negotiis implicatus, telonij vsibus seruiebat?

Mss. a. b. e. c. f. Basil. 1503. 1564. *Inest orationi vitium, desunt enim hæc duo verba* in terra:*nam ita reposuimus has duas voces ex membranis. An non Matthæus* in terra *inuentus est.*

142.

Ib. Pag. 720. c.20. C.4. In illa verba. Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna.] In cunctis Latinis Codicibus *institores* positos reperimus, in Græcis verò negotiatores inuenimus. Ex qua re colligi valet, quod hoc in loco, pro *negotiatoribus institores* scriptores ignorando posuerunt.

Mss. a. b. c. f. institutores Mss. a. b. *Longè aliter Mss. Codices.-- In cunctis latinis Codicibus* institutores *positos reperimus -- ex qua re colligi valet, quod hoc in loco pro* institoribus, institutores, *scriptores ignorando posuerunt. Ariolor hanc lectionem germaniorem esse ex verbis proximè sequentibus. Sequitur: Institores enim negotiatores dicimus, pro eo quod exercendo operi insistunt. Sed vterque sermo [scil. institorum & institutorum] licet in voce dissonet, in intellectu non discrepat: quia omnes qui fidelium mores instituunt [allusum est ad institutorum nomen, in his verbis] spiritale negotium gerunt, quasi diceret, vtrique cum institores, tum institutores, quod ignoranter positum est in lat. Codicibus, idem sonat, hoc est negotiatores, quod nomen Græcè inuenitur.*

143.

Quid Mss. a. b. f. v. c. Ib. Pag. 720. c.20. D.2. *Qui* hoc loco institores, nisi Prophetæ sancti vocati sunt, qui synagogæ mores ad fidem instituere *curauerunt* prophetando?

Mss. a. b. c. e. f. Bas. 1564. *Ex vicinitate vocabulorum error natus est in impressis libris: nam Mss. omnes habent,* curauerunt.

144.

Ib. Pag. 721. c.20. A.7. Scribantur hæc stylo ferreo, in plumbi lamina, vel *celte* sculpantur in silice.

Mss. a. b. c. f. *Quod neque in Hebraicis neque in græcis Codicibus legitur, nec Latinis, aut apud Gregorium vspiam loci inuenitur in membranis, miror qua audacia* Celte *scriptum sit, nisi, forte prauiderunt Spiritu prophetiæ, sublatum iri aliquando verbum* celte, *quod prius editum erat*, *& eius loco* celte *restituendum fore. Si hoc non sit Sanctissimorum patrum & sacrosanctæ Scripturæ verba fœdare, quid rogo est eadem toties in peiorem partem commutare pro captu Pontificiorum?*

145.

Ib. Pag. 721. c.20. D.7. Infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. vidit pretiosum cum humanam animam de se *abiectam, sapientia* gratiæ suæ illustratione respexit.

Mss. a. b. c. f. c. *Iure legas ex Mss.-- cum humanam animam de se* abiecta sapientem *gratiæ, &c.*

146.

Ib. Pag. 722. c.21. B.2. Doctrina S. Ecclesiæ, riui & lati & patentes sunt:

ſunt: quia eius dicta & inuenientibus multa ſunt, & quærentibus *plena.* Mss. a. b. e. f c.

Scribimus plana, *fidem ſecuti Mss., quæ lectio germanior eſt.* Baſ. 1503. 1564.

147.

Ib. Pag. 723. c. 22. A. 7. Cum adhuc -- peccatores eſſemus, ſecundum tempus, Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Qui ergo veniente ſapientia inuenti ſumus, quid boni operis dedimus, quo accipere eandem ſapientiam mereremur? Mss. a. b. e. f. c.

Quis rogo ſenſus erit, niſi legatur iuxta Mss. Codices. Qui ergo veniente ſapientia impij *inuenti ſumus.* Baſ. 1503. 1564.

148.

Ib. Pag. 723. c. 23. E. 7. Ab eo - accipimus recta *conſueri*, à quo nobis & magna *dantur* operari. Mss. a. b e. c f

Non capio quid ſit conſueri, *apud impreſſos codices. Malim itaque cum membranis legere* confiteri, *vt paulo poſt, pro* dantur, datur. Baſil 1503. 1564.

149.

Ib. Pag. 727. c. 27. D. 10. Quam fucationem tincturæ bene Paulus deſpexerat, cum dicebat: quæ & loquimur in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus. Mss. a. b. f. h e. c.

Fœdo errore vitiatus eſt textus S. Scripturæ, in hunc modum reſtituendus ex veterum lectione. Quæ & loquimur non *in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus. verba ſunt Pauli Apoſtoli, 1. Cor. 2.* Baſ. 1503. 1564.

150.

Ib. pag. 728. A. 6. Quia -- conſtat quod quædam terrena agerent [videlicet Patres Teſt. veteris de quibus ſermo inſtituitur] non immeritò per Sardonycum lapidem, qui vt prædiximus terræ rubræ *tenent* ſpeciem, deſignatur. Mss. a. b. e. c. f.

Scriberem vtique tenet: *nam in libris noſtris ita inuenimus.* Baſ. 1503. 1564.

Lib. 19. Moral.

151.

Ib. Pag. 745. c. 11. D. 2. Sanctam -- Eccleſiam vident nunc iuuenes & abſconduntur, ſenes verò ei aſſurgentes aſſiſtunt: quia vigorem eius atque rectitudinem *immutari* formidant, grandæui glorificant.

Procul dubio legendum eſt immaturi, *vt habent ſcripta exemplaria, error natus eſt ex metatheſi literarum, quod operarum vitio factum crediдiſſem in Rom. editione, niſi conſentirent cum Romana cuſi Codices varij.* Mss. a. b. c, e. f. Baſ. 1503. 1564.

152.

Ib. pag. 752. c. 15. D. 2. In illa verba. [Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.] O qualem de ore Diaboli prædam tulit, quando ipſum raptorem Saulem conuertendo rapuit, quando adhuc ſpirans minarum, acceptis epiſtolis pergebat Damaſcum, & dum perſequendo fideles, congregaret *plebem* Dia-

Mss. a. b. e. f. c. bolo, cognoſcendo fidem ipſe aggregatus eſt Chriſto.

Lege prædam,*non* plebem,*vt in membranis ſcriptum reperitur.*

Lib. 20. *Moral.*

153.

Ib. Pag.759. c.5. A.6. *Vnuſquiſque* enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.

Mss. a. b. c. e. f. Baſ. 1503. 1564.

Dicatur potius ſicuti ſcripti Codices habent: Vniuſcuiuſque *enſis, &c. Ita habetur in vulgata.*

154.

Ib. Pag.766. c.14. C.7. Trahunt -- quos valent ad perditionem ſuam:& *ſe* ſub peccatis eſſe,vel culpis culpas addere *non* credunt: *ſed* virtutum opulentiam cumulare.

Mss. a. b. c. e. f h. Baſil. 1503.

Diſpari ſenſu lectum eſt apud veteres. Trahunt -- quos valent ad perditionem ſuam & ſub peccatis eſſe,vel culpis culpas addere credunt, ſe *virtutum opulentiam cumulare,* ſequitur.

155.

Ib. Pag.768. c.15. B.4. Arborum -- cortices mandunt, cum manu peruerſi conſilij à vita recte *credentium*, tegumine bonorum operum ſubtrahunt.

Mss. a. b. c. e. f Baſ. 1503.

*Fortè melius habetur in Mss.*creſcentium:*nam alludit author ad arborum augmenta,quod prӕludit ſemel atque iterum in ſuperioribus.*

156.

Ib. Pag.769. c.15. C.2. Cauernæ -- terræ,ſunt cogitationes prauæ, in quibus ſe ab humanis oculis abſcondunt. Praui quippe vt ſunt, ab hominibus videri refugiunt : dúmque aliud quam ſunt, ſimulant , ſeſe in conſcientiæ ſuæ latibulis , quaſi in cauernis occultant.

Mss. a. b. e f. c.

Quaſi in terrӕ cauernis occultant, ita edidimus ex fide membranarum, nam fecit auctor contendere inter ſe cauernas terrӕ , cum latibulis conſcientiӕ, more ſuo.

157.

Ib. Pag. 771. c.16. A.7. Loquitur de ollis carnium explicans locum Exodi 16.Quid per ollas carnium,niſi carnalia opera *vitӕ*,in tribulationum laboribus quaſi ignibus excoquenda?

Mss a. b. e. c. f.

Ita habent impreſſi Codices: ſcripti autem hoc modo legunt conformiter, Quid per ollas carnium, niſi carnalia opera, vix *tribulationum laboribus quaſi ignibus excoquenda?*

158.

Mss. a. b. c. e. f. Baſ. 1503. 1564. Par. 1586. in marg.

Ib. Pag 773. c.17. D.3. Neceſſe eſt, vt aliquando toleremus [ſupple prauas] tacendo quod ſunt , quatenus in nobis diſcant *videndo* quod non ſunt.

Senſus conſtabit hoc modo:ſed clarior erit atque ad mentem Greg. propius accedens , ſi cum veteribus libris ſcribamus quatenus, in nobis diſcant , bene viuendo,

uendo, *quod non sunt: sic accipiendum esse hic, probant sequentia: dicit n. Quia in quibusdam prouectum non vidi prædicationis, ab eis impetum temperaui, vt vitam meam saltem per patientiam discerent, cum verba mea admittere per oblatam prædicationem nollent.* Eleganter & piè.

159.

Ib. Pag. 774. c. 18. B. 9. Quia ab oriente lux surgit, rectè oriens dicitur, cuius iustitiæ lumine, nostræ *iustitiæ* nox illustratur. Mss. a. b. e. c.

Omnes membranæ, vna excepta, legunt iniustitiæ, *quod verbum melius quadrat cum vocabulo noctis & sensu Gregorij.* Basil. 1503.

160.

Ib. Pag. 777. c. 21. A 1. [Nocte os meum perforatur doloribus] ac si apertè dicat: Tribulationum tenebris pressi, ita afflictione *tenebrantur*, vt & ipsi, qui in me habebant vigorem fortitudinis, quasi iam quoddam habeant foramen timoris.

Quis faudo audiuit verbum tenebrantur, *auctor vtitur nomine conuenientißimo* terebrantur, *id quod liquet ex membranis, & abunde declarant verba mox sequentia -- quasi iam quoddam habeant foramen timoris.* Mss. a. b. terrebātur. Ms. f.

161.

Ib. Pag. 778. c. 23. B. 7. In scriptura sancta, cum de Deo aliquid indignum dicitur, mouetur legentis animus velut si aliquando de Deo aliquid *indignum* dicatur.

Hoc est quod vulgò dicimus idem per idem; cæterum hanc identitatem sublatam volunt membranæ, cum scribant, velut si aliquando de Deo aliquid dignum *dicatur.* Mss. a. b. c. e. f. h.

162.

Ib. Pag. 781. c. 26. C. 1. Nisi -- dantis manum bona voluntas vinceret, *eiusdem* prædicator egregius discipulis non dixisset: Qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priori. iisdem Ms. f. id est Ms. b.

Mendosè legitur pro idem, eiusdem, *consule membranas.* Mss a. e. f.

163.

Ib. Pag. 781. c. 26. C. 2. Facile -- est in bono opere, obedire etiam *volentem.*

Rectius & verius Mss Gallicani, Anglicani, nolentem *scribunt. Nam sequitur confestim, Sed hæc magna in discipulis virtus extiterat, eos bonum, quod illis præceptum est & ante voluisse.* Mss. a b. c. e. f. Par. 1586. in marg.

164.

Ib. Pag. 782. c. 28. D. 7. *Admodum negligentes sunt, quod etiam atque etiam inculcandum est Pontificiis in proferendis testimoniis Sacrarum Scripturarum. Nam in principio huius capitis scribunt*, Mærens incedebam, sine furore, consurgens in *turba* clamaui; *& post aliquot periodos quasi horum obliti citant in hæc verba :* sine furore consurgens in *terra* clamaui. *Prior lectio congruit scriptis Codicibus, posterior nedum auctoritatem habet à vulgata, in qua ex editione Louaniensium legere est tuba, & in margine turba, 8. Mss. R. Hieronymus Greg. H. C. G. & in Biblijs* Mss. a. b. c. e. f Bas. 1503. 1504.

Pontificalibus, quod prius delituit in margine, iam assumptum est in Textum, quod vulgo in contextum irrepere dicunt. Valeant itaque Protestantes qui videntes accommodant illud Salomonis in Pontificios: Vidi seruos in equis: & principes ambulantes super terram quasi seruos, Non si malè nunc & olim sic erit.

Eccl. 11. 7.

165.

Ib. pag. 783. c. 29. C. 11. Sicut lilium inter spinas, sic *anima* mea inter filias.

Mss a. b. c. e. f. Basil. 1503. 1564

Antiquum obtinent Pontificij, non curant verba S. Scripturæ, lege, sic amica *mea ex Mss.*

166.

Ib. Pag. 784. c. 31. In illa verba [versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium] Quia organum per fistulas, & cithara per chordas sonat: potest per citharam recta operatio, per organum verò sancta prædicatio designari. Per fistulas quippe organi, ora prædicantium, per chordas vero citharæ, intentionem rectè viuentium non inconuenienter accipimus. Quæ dum ad vitam aliam per afflictionem carnis tenditur, quasi *extenuata* chorda in cithara per intuentium admirationem sonat.

Mss. a. b. e. f. g.

Visum est locum integrum adscribere vt ex inspectione loci possit prudens lector discernere an germanior sit lectio extenta, *pro* extenuata, *quam lectionem veteres Codices exigunt & quod proximè præcesserat verbum* tenditur, *non tam rogare, quam flagitare videtur.*

Lib. 21. *Moral.*

167.

Ib. Pag. 788. c. 2. A. 2. Sanctus -- vir, qui acceptis corporis sensibus velut subiectis ministris quidam æquissimus iudex præest, culpas conspicit antequam veniant, & velut insidianti *morti* fenestras corporis claudit, dicens: [Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Mss. a. b. e. g.

Non hoc quæritur verúmne sit cum dicitur morti, *sed num præstet dicere* hosti, *cum membranis.*

168.

Ib. Pag. 790. c. 4. C. 6. Qui dixerit fratri suo: Racha, reus erit concilio. Qui dixerit: Fatue, reus erit gehennæ ignis. Racha quippe in Hebræo eloquio vox *indignantis* est, quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracundiæ exprimit.

Mss. a. b. c. e, f.

Lege pro indignantis, interiectionis, *qua voce vtitur Greg. qua de causa viderint Hebraicæ linguæ professores.*

169.

Ib. Pag. 793. c. 8. B. 3. Mulier filium, quia extinxit proprium, quæsiuit alienum. Sed tamen veram matrem Salomonis gladius inuenit: quia vir cuius fructus viuat, vel cuius intereat, extremo examine

ita

ita districti iudicis demonstrat. Mss. a. b. c. f. in margine. Mss. c.

Sæpius occurrit in his libris ita pro ira, *qua de re sæpius monendi estis, vt inde constet supinitas vel Typographi, vel Correctoris Romani.*

170.

Ib. Pag. 793. c. 8. D. 4. Beatus Iob -- adhuc se de *iniqui natione* praui operis discutiens subdit, Si deceptum est cor meum super muliere &c.

Ita corrupte legitur, vel ineptè potius; scribo cum Mss. Beatus Iob se de inquinatione *praui operis &c. Similitudo mater fuit erroris.* Mss. a. b. c. e. f.

171.

Ib. Pag. 793. c. 9. D. 8. [Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium *inimici* mei insidiatus sum.]

Fœdo errore vitiarunt contextum S. Scripturæ scribendo inimici, *loco* amici, *hoc verò scimus qui obseruatum habemus in vulgata Editione sic legi, & conueniunt cum vulgata editione omnia exemplaria Mss. Occurrit hoc mendum sæpius in hoc capite eadem opera corrigendum.* Mss. a. b. c. e. f. h. Basil. 1503.

172.

Ib. Pag. 798. c. 16. E. 9. Sua -- bona *pergit* operari, qui aliena mala tenuit perpeti. Mss. a. b. c. e. f. Bas. 1503.

Etiam legitur in Mss. perdit, *pro* pergit, *nec displicet lectio.*

Lib. 22. Moral.

173.

Ib. Pag. 801. c. 2. C. 1. Prius curandum est, ne quis temporalia diligat: ac deinde in eisdem temporalibus quæ non ad delectationem sibi, sed ad vsum retinet, fiduciam ponat, quoniam coniunctus decurrentibus, mox statum suum animus perdit.

Ne quem in errorem abripiant verba Greg. ita scribemus; ac deinde ne in *eisdem temporalibus &c. in antiquorum libris ita legimus.* Mss. a. b. c. e. Bas. 1503.

174.

Ib Pag. 802. c. 2. C. 1. Quid hoc in loco aurum accipimus, nisi præclari intellectus ingenium, quid obryzum nisi humanam mentem! quæ dum igne amoris excoquitur, semper in se seruat *charitatem* pulchritudinis, quotidiana innouatione feruoris.

Sic legitur, imperfecto tamen loquendi modo, nam claritas ad pulchritudinem, non charitas, refertur: accedit quod interpretatur ibidem loci verba [Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè &c. & multa in toto illo capite claritatis est mentio: de pulchritudine ne gry quidem. Postrema Mss. Codices legunt conformiter claritatem *pulchritudinis.* Mss. a. b. c. e. f. Bas. 1503.

175.

Ib. Pag. 804. c. 5. E. 5. Paulus -- vt posset *se bonis*, quæ agebat, humiliare, studebat ad animum præterita mala reducere dicens: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus. Mss. a. b. c. e. f. Basil. 1503. 1564.

Scripti sic: vt posset se de *bonis, &c.*

176.

Ib. Pag.805. c.5. A.1. Sicut -- dum viuimus, debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante exitu, plerumque ea ad memoriam *iustè* reuocamus, vt videlicet fiduciam præbeant, & desperatum timorem premant.

Mss. a. b. c. e. f. *Pro* iuste, iterum *habetur in Mss.*

177.

Ib. Pag.809. c.7. B.5. Sunt nonnulla, quæ in ipsa quoque familiarium conuersatione corrigi nequeunt sine culpa corrigentis: atque ideò cum vel corrigentem inquinant, vel *omnimodo hæc agentem* grauant, magna magisterij arte dissimulanda sunt, ipsaque hac dissimulatione toleranda.

Mss. a. b. c. e. f. Basil. 1503. *Legendum proculdubio cum membranis -- vel* non omnino hæc agentes *grauant, magna, &c.*

178.

Ib. Pag.812. c.10. A.8. Plerumque agitur, vt (homo) & turbetur exterius, & imperturbabilis duret interius: & quod vane conturbari potest, de infirmitate carnis fit, quamuis [quod] in imagine Dei ambulet de virtute mentis: quatenus & roboretur intus diuino adiutorio, & tamen adhuc foris sarcina prematur humana. Vnde bene Abacuc iterum vnam sententiam protulit ad vtraque seruientem. Ait enim: & introiuit tremor in ossa mea, & subtus me turbata est virtus mea. Ac si diceret: non mea virtus est in qua superius raptus imperturbabilis maneo: *sed meæ infirmitatis* est, in qua inferius turbor. Ipse ergo super se imperturbabilis est, ipse sub se perturbabilis.

Mss a. b. c. e. f. h. *Longe aliter Mss. Codices ac multò conuenientius legunt. Hoc pacto -- Non mea virtus est, in qua superius captus imperturbabilis maneo*, & mea virtus *est in qua inferius turbor.*

179.

Ib. Pag.813. c.12. B.10. Sancti viri ex Deo loquuntur, & coram Deo: quia ab eo se sciunt habere, quod dicunt, & ipsum suis sermonibus adesse iudicem *adiutorémq;* considerant.

Mss a. e. f. in marg. Ms. c. *Lege* auditorémque, *vocabulo conuenienti huic loco, ex perantiquis exemplaribus.*

180.

Ib. Pag.816. c 14. C.3. Verba -- Dei in terra iacentes audimus, cum in peccatis positi, terrenæ pollutioni coniuncti, sanctorum voce spiritalia præcepta cognoscimus. Ad quæ præcepta quasi super genua, & super manuum nostrarum articulos erigimur, quia à terrenis contagiis recedentes, quasi iam ab infimis *ventrem* leuamus.

Mss. a. b. c. e. f. *Postrema verba leguntur mendosè, ita corrige,* mentem *leuamus ex Mss.*

181.

Ib. Pag.817. c.14. D.4. In illud: Per singulos gradus meos pronũciabo illum, quia nimirum ille ad doctrinam Dei veraciter ascendit,

dit, qui ad obtinendam hanc gradibus sanctæ operationis eruperit. Et quasi per singulos gradus suos librum pronunciat, qui *præcepisse* se eius scientiam, non per verba tantummodo, sed etiam per opera demonstrat. Mss. a. b. c. e. f. Bas. 1503. 1564.

Lege percepisse *ex omnibus Mss.*

182.

Ib. Pag. 818. c. 15. A. 8. Terra contra possessorem clamat, si contra eum, qui sibi præest, aliquid *iniustum*, vel priuata domus, vel S. Ecclesia murmurat. Clamare quippe terram est, contra regentis iniustitiam rationabiliter subiectos dolere. Mss. a b. c. e. f h.

Quia mox sequitur, rationabiliter, lego in prioribus iustum *pro* iniustum, *quæ lectio emendatior est.*

183.

Ib. Pag. 818. c. 15. C. 3. Perfecti -- cum semper de spiritalibus moueantur, tanto sciunt de alienis corporalibus damnis ingemiscere, quanto iam edocti sunt non dolere de suis. Omnis ergo, qui præest, si peruersa in subditis exercet, contra hunc terra clamat, & sulci deflent: quia contra eius iniustitiam rudes quidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, sed perfecti quique pro prauo eius opere, sese in fletibus affligunt: quodque imperiti clamant & dolent, hoc probatioris vitæ subiecti deflent, & tacent.

Elegans & digna Gregorio sententia, sed malè accepta: legendum est ex Mss. vt sermonis Gregoriani gratia seruetur -- Quodque imperiti clamant, & non *dolent, hoc probatioris vitæ subiecti deflent, & tacent. Hæc loci huius mens, hic verborum istorum vsus.* Mss. a. c. e. f. h Bas. 1503. 1564.

184.

Ib. Pag. 819. c. 17. E. 3. Plerumque contingit, vt rector qui præest, dum iniusta contra subditos exercet, dum nullo bonos blandimento refouet, dum quod grauius est, bene operantes quousque ex inuidia affligit, etiam quædam bona aliquando faciat, ac si frumentum serat, seseque dispensandis terrenis rebus nonnunquam *in* auaritiæ studio, pro vtilitate carnalium misceat: & sic eiusdem laboris fructum, velut messem hordei expectet. Mss. a. b. c. e. f. h. Bas. 1503.

Desideratur particula non, *substituenda loco* in; non *auaritiæ studio*, sed *pro vtilitate carnalium &c. & ita inuenimus in omnibus Mss.*

Lib. 23. Moral.

185.

Ib. Pag. 833. c. 10. B. 1. Mens arrogantium dictorum suorum sensum non penetrat: quia ab interno gustu recto iudicio, in eos fauores *redigitur.*

De iis agitur qui recta quæ intelligunt, non ex sola scientia, sed [etiam] ex sententia dicere appetunt, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderans experiri, hoc est, qui theoriam ad praxim, contemplationem

ad actionem transferunt ab quibus arrogantes longè distant: mutanda lectio redigitur, *in* reliditur, *id est repellitur, quia mox præcedit non penetrat. Hæc lectio confirmatur ex membranis.*

Mss. a. b. e. g. c.

186.

Ib. Pag 833. c.10. C.7. Paulo post. Sciendum præterea est, sicut & superius dixi, quod arrogantes viri inflatis suis sermonibus sæpe fortia dicta permiscent, nec considerant aliquando quid *iuuent*, sed pensant studiosè quid doceant.

Mss. a. b. c. g. Bas. 1503.

Lege ex membranis viuant, *pro eo quod perperam legebatur* iuuent, *conuenit hoc verbum appositè cum eo quod præcedit.*

187.

Ib. Pag. 834. c.11. C.9. In illa verba semel * loquetur Deus, & secundo id ipsum non repetit. -- Quod autem non ait locutus est, sed *loquitur*, non videlicet tempus præteritum, *nec* futurum ponens: liquet omnibus quia Deo nec præteritum tempus congruit nec futurum. Tanto ergo in eo, quodlibet tempus ponitur liberè, quanto nullum verè.

* Ita frequēter citatur in hoc cap. non loquitur.

Mss. a. b. c. g.

Greg. perpetuo citat in hoc capite in futuro tempore loquetur, *quemadmodum manifestum est ex membranis, itaque facile inducor in eam sententiam vt credam veriorem esse lectionem antiquorum exemplarium. Quod non ait locutus sed* loquetur: *non videlicet tempus præteritum,* sed *futurum ponens: liquet omnibus, quia Deo nec præteritum tempus congruit, nec futurum.*

188.

Ib. Pag. 836. c.12. A.1. In illud. Anima mea desiderauit te in nocte. -- Dauid -- huius noctis caliginem *videns*, claritatem veri luminis præstolatus ait: mane astabo tibi, & videbo.

Mss. a. b. e. g. c.

Pro videns, vitans *habetur in antiquis Libris.*

189.

Ib. Pag. 837. c.13. A.1. In illa verba: Ego dixi in pauore meo: proiectus sum à vultu oculorum tuorum. Subleuatus in ecstasi, quod nostri interpretes pauorem *non* propriè vocauerunt, à vultu oculorum Dei vidit se esse proiectum.

Mss. a. b. c. e. g. h.

Dele particulam negatiuam non, *& scribe: pauorem propriè vocauerunt, ex Mss.*

190.

Ib. Pag. 840. c.17. D.2. Cum -- paulo vehementius impulsu tentationis afficitur, quia exerere vim solitæ fortitudinis non valet, eam iam velut perditam dolet: séque ex se vacuum sentiens, infirmitatem suam ex ipsa sua *vanitate* recognoscit.

Mss. a. b. c. e. g.

Lege inanitate: *rectius quadrat ad institutum Greg. & habetur præterea in omnibus exemplaribus.*

191.

Ib. Pag. 841. c.18. A.7. Quia ergo sæpe virium merita per flagellorum aduersa *patefaciunt*: apte Heliu subiungit dicens: Tabescet,

caro illius & oſſa quæ *tacta* fuerant nudabuntur. Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. 1564.

Emenda ex antiquis Codicibus, & Gillotio, ſubſtituendo, patefiunt, *& te-cta, loco eius quod habetur in contextu.*

192.

Ib. Pag. 842. c. 19. A. 11. Quid eſt -- quod vir Dei contra altare Samariæ ad prophetandum directus, præſente rege auctoritatem liberæ vocis exercuit, eiuſdémque regis extenſum brachium in rigorem *miſerabiliter* aſtrinxit, quod tamen mox miſericorditer ſaluti reſtituit. Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503.

Scribemus cum Mss. mirabiliter.

Lib. 24. Moral.

193.

Ib. Pag. 843. c. 2. A. 9. *Mox* medicinæ eſt, vt aliquando ſimilia ſimilibus, aliquando contraria contrariis curet. Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. 1564. Par. 1586.

Non eſt dubium quin legendum ſit Mos, *quod ratio poſtulat, & res ipſa loquitur.*

194.

Ib. Pag. 843. c. 2. E. 4. Omnes - nos inimica illa perſuaſio in culpæ contagio ab ipſa radice polluerat, nullúſque erat qui apud Deum pro peccatoribus loquens, à peccato liber appareret: quia ex eadem *maxa* editos æquè cunctos par reatus inuoluerat. Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. 1564.

Lege maſſa, *ita enim ſcripti Codices.*

195.

Ib. Pag. 843. c. 2. E. 10. [Chriſtus] -- in eo quod ſimilis apparuit, æquitatem hominis annunciauit. Intercedens enim pro peccatoribus, ſemetipſum iuſtum hominem, qui pro aliis indulgentiam mereretur oſtendit. Mss. a. b. c. e. g.

Scribatur ex Mss. -- in eo quod ſimilis nobis *apparuit.*

196.

Ib. Pag. 844. c. 3. B. 11. Omnis -- qui fœditatem infirmitatis ſuæ conſiderare negligit, ſed per elationis faſtum virtutis ſuę gloriam attendit, vnde pulchrior eſt inde deſcendit: quia extollendo ſe de ſuis meritis, inde in ima * deterius corruit, vnde glorioſum ſe eſſe iudicauit -- bene ergo de eo dicitur libera eum, vt non deſcendat in corruptionem: vt [ex] eo magis euadat pœnam, quo oculos ſuos non *auertit à culpa.* Mss. a. b. c. e. g.

* Mss. interitus a. b. g.

Ridiculè & falſo: lege ex quo oculos ſuos non aduertit ad culpam.

197.

Ib. Pag. 845. c. 5. D. 8. Prius à mentis acie exurente triſtitia interpoſita malorum caligo detergitur: & tunc reſplendente raptim coruſcatione incircumſcripti luminis illuſtratur. Quo vtcúmque conſpecto in gaudio cuiuſdam *ſeueritatis* abſorbetur: & quaſi poſt defectum vitæ præſentis vltra ſe rapta, in quadam nouitate aliquo

Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. Paterius.

modo recreatur.

Lege, securitatis, *ita enim membranæ omnes.*

198.

Ib. pag. 849. c. 6. D. 2. In illa verba [Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum] Quia præueniente diuina gratia, in operatione bona nostrum liberum arbitrium *sequimur*, nosmetipsi nos liberare dicimur, qui liberanti nos Domino consentimus.

Mss. a. b. c. e. g.

Pro sequimur, *habetur in Mss.* sequitur.

199.

Ib. Pag. 849. c. 6. D. 5. Sequitur: vnde Paulus cum diceret, Abundantius illis omnibus laboraui: ne labores suos sibi tribuisse videret illico, adiunxit. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim præuenientem Dei gratiam, *etiam ipse* per liberum arbitrium fuerat subsecutus, apte subiunxit, mecum: vt & diuino muneri non esset ingratus, & tamen à merito liberi arbitrij non remaneret extraneus.

1. Cor. 15.

Mss. a. b. c. g.

Lege ex membranis præuenientem Dei gratiam in se *per liberum arbitrium fuerat subsecutus.*

200.

Ib. Pag. 850. c. 7. D. 9. Hoc -- in seipso Dominus sub quadam dispensatione figurauit, qui Diabolum non nisi post baptisma se tentare permisit, vt signum nobis quoddam futuræ *conuersionis* innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc acriores tentationum insidias tolerarent.

Mss. a. b. c. e. g.

Pro conuersionis, *lege,* conuersationis *ex membranis.*

201.

Ib. Pag. 854. c. 7. A. 3. Quia -- prædicatores iusti dum quoslibet corripiunt, sæpe per humilitatis gratiam ad *cognitionum* suarum intima reuertuntur, atque in eo ipso, quod corripiunt, ne quid fortasse fallantur exquirunt, correptisque licentiam tribuunt, vt si quid *pro seipsis* iustius sentiant, fateantur, hoc nonnunquam etiam arrogantes imitari appetunt.

Mss. a. b. c. e. g. Basil. 1564.

Lege pro cognitionum, cogitationum -- *& pro* se ipsis, se ipsi *ex Mss.*

202.

Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1564.

Ib. Pag. 855. c. 8. D. 5. Auris -- verba probat, & guttur escas *gustus* diiudicat.

Lege gustu, *consentiunt Mss.*

203.

Ib. Pag. 855. c. 8. E. 1. Arrogans -- non illos appetit erudire, sed se ostendere: nec intuetur, quam iusti, qui audiunt, fiant, sed ipse quam doctus cum auditur, appareat.

Mss. a. b. c. e. g.

Malim scribere ex membranis, sed ipse quam doctus, cum à doctis *auditur, appareat.*

Ib.

204.

Ib. pag. 856 c. 9. B. 6. Superiores [intelligit arrogantes prædicatores] quippe videri desiderant, & magis gaudent cum eorum animum *ita* eleuat, quam cum charitas exæquat.

Perperam legitur ita *pro* ira, *quemadmodum liquet ex his verbis præcedentibus -- Plus student, vt mala obiurgando increpent, quam bona laudando confirment, præterea abunde probatur ex omnibus Mss.* Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. 1564.

205.

Ib. Pag. 858. c. 11. C. 4. In expositione horum verborum [Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet] -- Spiritum illius pro internis cogitationibus, flatum verò qui per corpus trahitur, pro *æternis* actionibus ponit. Mss. a. b. c. e. g. h. Basil. 1503. 1564.

Æternis, *ponitur perperam pro* externis, *quod est in omnibus exemplaribus.*

206.

Ib. Pag. 861. c. 16. C. 3. Penset -- qui ad satisfaciendum districto iudici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit: quia quot regendis subditis præest, reddendæ apud eum rationis tempore, vt ita dicam, tot solus animas *habet.* Mss. a. b. c. e. g.

Mss. legunt -- tot solus animas debet, *eleganter & piè.*

Lib. 25. Moral.

207.

Ib. Pag. 867. c. 7. D. 4. Ne diuina præcepta nos terreant, antiquorum patrum nos exempla confortant: & ex eorum comparatione facere nos *nosse* præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus. Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. 1564.

Scriberem posse, *quam lectionem firmant membranæ cum Gillotio.*

208.

Ib. Pag. 868. c. 7. C. 1. Nunquam culpam suam reprobi nisi in pœna cognoscunt. Et quia pœna differtur, culpa despicitur. -- Si enim ad illud quod illic passuri sunt, oculos suos mitterent, hoc quod hic *fugiunt* timerent. Mss. a. b. c. e. g. h. Bas. 1503. 1564. Par. 1586.

Lege ex Mss. hoc quod hic faciunt *timerent.*

209.

Ib. Pag. 875. cap. 13. A. 1. Sic --- intenduntur diuina iudicia super vnam animam, sicut super vnam vrbem: sic super vnam gentem, sicut super vniuersam generis humani multitudinem.

Desiderantur quædam verba in impressis Codicibus, restituenda ex Mss -- sicut super vnam vrbem, sic super vnam vrbem: sicut super vnam gentem, *sic super vnam gentem, &c.* Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503.

210.

Ib. Pag. 875. c. 14. C. 8. Ille -- principaliter hypocrisim sumit, qui

cum sit damnatus homo & *nequaquam* spiritus, Deum se esse mentitur.

Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. *Codices Mss. habent -- homo &* nequam *spiritus. Agitur de Antichristo, eiúsque regno, seu tyrannide potius.*

Lib. 26. Moral.

211.

Ib. Pag.878. c.1. C.7. Heliu -- postquam de errore doceri se petiit, postquam iniquitatem non se vltra locuturum promisit, subitò ab humilitatis specie ad verba tumidæ *excusationis* exiliuit. Nam subdidit dicens. [Numquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi?

Mss. a. b. c. e. g. *Illud tumidæ adiectum verbo* excusationis *satis iudicat per se magis conuenire quod habent Mss.* causationis.

212.

Ib. Pag 880. c.5. D.2. --Arrogantes viri, quia charitatis viscera non habent, non solum non compatiuntur etiam iustis dolentibus, sed eos insuper, sub specie iustæ increpationis, affligunt: & vel si qua in eis sunt *praua* mala exaggerant, vel ea quæ verè bona sunt, malè apud se interpretando commutant.

Mss. a. b. e. c. Baſil. 1503. 1564. *Lege vel si qua in eis sunt* parua *ex Mss.*

213.

Ib. Pag. 881. c.5. B.5. Solent -- sancti Doctores grauiter minuta discutere, vt ab *externis erroribus* ad occulta possint maiora peruenire.

Mss. a. b. e. g. c. *Legatur ab* extremis exterioribus *ad occulta &c. Ita Mss. Ac sane allusum est ad illa verba, quæ præcesserant,* Notandum *est, quia prius, foramen in pariete, ac deinde ostium cernitur, & tunc demum occulta abominatio demonstratur.*

214.

Ib. Pag.889. c.14. E.6. Sicut -- sæpe Dominus suorum vitam temporaliter pro inimicorum *conuersatione* eripit: ita sæpè suorum voces propter damnationem persequentium non exaudit: vt videlicet inde reatum suum cumulent, vnde præualuisse se nequiter gaudent.

Mss. a. b. e. g. Baſ. 1503. 1564. *Sine dubio legendum est, vt habent Mss. Codices pro inimicorum* conuersione, *hoc est, vt ipsemet interpretatur, propter aduersarios -- vt eorum duritia conuertatur.*

215.

Ib. Pag.889. c.14. E.8. Qui inuisibilia despiciunt, moueri nonnunquam visibilibus miraculis possunt. Sed iccirco cum iustis plerumque nil mirum visibiliter agitur, quia eorum aduersarij illuminari *visibiliter* non merentur.

Mss. a. b. e. g. h. e. *Quia eorum aduersarij illuminari* inuisibiliter *non merentur. Ita habent* Codi-

Codices Mss. Nam quorſum aliàs legitur illuminari?

216.

Ib. Pag. 891. c. 17. D. 7. Exponens illa verba [Nunc enim non infert furorem ſuum, nec vlciſcitur valdè ſcelus.] Diu quippe Deus tolerat, *quia* in perpetuum damnat: & furorem nunc inferre diſsimulat, *quem* effundendum ſine fine in poſterum ſeruat. Mss. a. b. c. e. g.

Lege, tranſpoſito ordine, -- quem *in perpetuum damnat* -- *&* quia *effundendum, &c. ex Mss.*

217.

Ib. Pag. 896. c. 19. B 5. Quid eſt hoc? & quomodo iſtud ſacrificium Deo placere *cognouerat*, quod in conſpectu eius tanta iteratione vocis immolabat? Mss. a. b. c. e. g.

Lege non nouerat: *ſic habent omnes Mss. Codices.*

218.

Ib. Pag. 897. c. 20. E. 1. Sicut non iudicantur, & pereunt, qui ſuadente perfidia legem tenere contemnunt: ita non iudicantur, & regnant, qui ſuadente pietate, etiam vltra *generalis* diuinæ legis præcepta proficiunt. lege teneri. Mss. a. b. g.

Vltra generalia: *ita locum hunc emendauimus tum ex præcedentibus verbis* -- *plus exhibere appetunt, quam præceptis generalibus audire potuerunt, tum ex Mss. omnibus.* Mss. a. b. e. g. c. Baſil. 1503. 1564.

219.

Ib. Pag. 903. c. 26. C. 8. Arrogantes -- ſæpe cum vident ab Eccleſia diſtrictè prauos corrigi, quaſi queruntur iniuſtè *nocentes* affligi, & nitorem diſciplinæ eius commutant appellatione nequitiæ.

Ita cuſi codices omnes perperam, lege innocentes, *in libris ſcriptis ita inuenimus.* Mss. a. b. c. e. g. h.

Lib. 27. Moral.

220.

Ib. Pag. 910. c. 4. E. 6. In illa verba [Numerus annorum eius inæſtimabilis] -- Quia ergo peramplum quiddam dicere voluit, ſed quid diceret latius non inuenit: *ideo* annos ſine æſtimatione numeri multiplicauit dicens. Mss. a. b. c. e. g.

Pro ideo, *lege,* in Deo *ex fide membranarum.*

221.

Ib. Pag. 917. c. 8. E. 6. Humana fragilitas -- *confidat* cælos, ſperet ſupernam patriam, angelorum ſe ſociam ſciat, atque in ſuo capite prælatam ſe etiam Angelis gaudeat.

Pro confidat *cælos, ſcribimus* conſideret *cælos, ſeruata lectione in membranis.* Mss. a. b g.

222.

Ib. Pag. 934. c. 27. C. 6. Sunt -- nonnulli, qui de semetipsis humilia sentiunt: quia in honoribus positi nil se esse nisi puluerem fauillámque *perdunt*.

Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. 1564.

Perperam legitur perdunt: *rectius Gillotius* ducunt, *& membranæ omnes* perpendunt.

Lib. 28. Moral.

223.

Ib. Pag. 935. c. 1. C. 8. *Vidi* seruum meum Iob, quod non sit ei similis vir super terram?

Mss. a. b e. c. g. Baſ. 1503.

Est corruptus textus, vt fieri amat, à Romanis: scribunt veteres Codices, vidisti.

224.

Ib. pag. 937. c. 2. B. 1. In illa verba [Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit.] Notandum video, quia si sano atque incolumi loqueretur, ex tranquillitate Dominica locutio facta diceretur: sed quia flagellato loquitur, de turbine locutus fuisse describitur.

Mss a. b. c. e. g.

Desunt nonnulla, restituenda ex Mss. -- *ex tranquillitate Dominica locutio facta diceretur*, & nequaquam de turbine Dominus locutus fuisse scriberetur: *Sed quia flagellato, &c.*

225.

Ib. Pag. 938. c. 2. B. 10. Aliquando per Angelos verbis simul & rebus loquitur Deus, cum quibusdam motibus insinuat hoc quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpam in diuinitatis substantia *videre* Dominum potuit, sed increpationis verba per Angelum audiuit, de quo scriptum est: Cum audisset vocem, &c.

Mss. a. b. e. g. c.

Proculdubio legendum est audire: *id quod tam superiora, quam subsequentia monent; & consentiunt membranæ.*

226.

Ib. Pag. 938. c. 2. E. 10. Per succensum rubum [scil. Deus] Moysen alloquens, quid aliud ostenditur -- nisi quod ex illo populo exiret, qui in igne deitatis, carnis nostræ *dolores* quasi rubi spinas susciperet, & inconsumptam humanitatis nostræ substantiam, etiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret?

Mss. a. b. c. g. e.

Lege carnis nostræ peccata: *ita habent hunc locum* Codices Mss. *rectè & verè.*

227.

Ib. Pag. 941. c. 6. D. 10. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, Christus Iesus.

Mss. a. b. e g. c. Basil. 1503. 1564.

Locus habetur 1. Cor. 3. 11. *sed negligenter, vt assolet fieri, productus, præter id quod positum est*, quod est, *Christus Iesus: sic corrigimus ex membranis.*

Ib. Pag.

228.

Ib. Pag. 942. c.6. E. 10. Coniunctæ binæ bases singulis tabulis *superponuntur*: quia dum prophetæ sancti in verbis suis de mediatoris incarnatione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesiæ indubitanter ædificant: vt cum à semetipsis non discrepant, illos in se robustius figant. Mss. a. b. c. g. c. Basil. 1503. Paterius.

Lege supponuntur, *quia moris est vt bases tabulis supponantur, non superponantur, ad robur & firmamentum; consentiunt Mss.*

229.

Ib. Pag. 944. E. 1. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore; *non ideo* non est de corpore. Et si dixerit auris: quoniam non sum oculus, non sum de corpore: *non* ideo non est de corpore. Mss. a. b. c. g.

Aliter distingue, & lege ex membranis vtrobique, Num *ideo non est de corpore?*

230.

Ib. Pag 946. c 6. B. 9. Fecit [de Paulo sermonem instituit] quod fieri *fide* amore prohibuit: sed ad fidei retorsit ministerium, quod quasi non fideliter fecit. Mss. a. b. c. g c. Bas. 1503. 1564.

*Ita corrigimus hunc locum ex Mss. & Gillotio: Fecit quod fieri amore fi*dei *prohibuit, &c.*

231.

Ib. Pag. 948. c. 8. D. 4. In illa verba B. Iob. [Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens?] -- Erumpebat -- mare quasi de vulua procedens, cum *miseriarum* sæcularium fluctus de carnalis cogitationis iniquitate concepti, in S. Ecclesiæ interitum æuirent. Mss. a. b. c. g. Curarum Ms. c.

Pro eo quod legitur miseriarum, *reponimus ex Mss.* minarum.

Lib. 29. Moral.

232.

Ib. Pag. 954. c. 2. A. 7. Dum ipse [videl. Christus] vmbras nostræ temporalitatis suscepit, lumen nobis suæ æternitatis infudit: rectè per hunc ortum, quem Creator sibi in tempore condidit, locum suum sine tempore aurora cognouit.

Quis excusare poterit extremam supinitatem Romanensium, qui vt hunc locum corrigerent, animum non aduerterunt ad verba Contextus [*Num*quid post *ortum præcepisti diluculo? accedit quod hæc lectio inualeat in cunctis Mss.* Mss. a. b. c. c. g.

233.

Ib. Pag. 956. c. 4. D. 5. Gentilis populus, qui *in mortalitate* perdita, ad Deum pœnitendo reuertitur, per fidei signaculum munitur. Mss. a. c. c. g. Bas. 1503. 1564.

Pro in mortalitate *legunt longè aliter Mss.* immortalitate.

234.

Ib. Pag. 957. c. 5. C. 2. Dum plus terrena quàm cæleſtia, plus quæ vident, quàm quæ audiunt, pulſante perſecutionis articulo, quod rectum credere videbantur, amittunt.

Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. 1564.

Hic locus eſt perſpicuè mancus & luxatus, deeſt enim verbum ſine quo non poteſt eſſe. Legas itaque, dum plus terrena, quàm cæleſtia, plus quæ vident quàm quæ audiunt, diligunt: *pulſante, &c. & in hac lectione omnia conſentiunt exemplaria.*

235.

Ib. Pag 959. c. 6. B. 11. Verba -- *quaſi Dei* pigmenta quædam noſtri ſunt adiutorij.

Mss. a. b. c. e. g. Baſil. 1503. 1564.

Tranſpono, & lego in hunc modum. Verba - Dei quaſi *pigmenta quædam noſtri ſunt adiutorij: ita Codices Mss. omnes.*

236.

Ib. Pag. 959. c. 6. C. 1. Sequitur -- Et ſicut pigmentum quanto plus teritur, tanto plus in poculo eius virtus augetur, ita diuina eloquia, quo magis exponendo conterimus, eo audientes amplius quaſi bibentes *iuuamur.*

Mss. a. c. e. g.

Poſtremum verbum perperam mutatum eſt ex actiua in paßiuam: itaque reſtituimus ex fide membranarum, iuuamus.

237.

Ib. Pag. 962. c. 8. E. 3. Eos quos innumera mala præſentis vitæ nequeunt anguſtare, conſidera [&] de ſtatu cordis tui inter *verba* gloriari ceſſa.

Mss. a. b. e. e.

Mss. a. b. c. e. g.

Lege verbera: *ita habent veterum libri.*

238.

Ib. Pag. 967. c. 12. B. 2. Neque -- facile aduerſarius [ſcil. Diabolus] captiuaret, ſi aut luxurioſis præmia, aut auaris ſcorta proponeret, ſi aut voraces de abſtinentiæ gloria, aut abſtinentes de gulæ imbecillitate pulſaret, ſi mites per ſtudium certaminis, aut iracundos capere per *fauorem* formidinis quæreret.

Mss. a. b. c. e. g.

Muta fauorem, *in* pauorem, *ſecutus membranas.*

239.

Ib. Pag. 973. c. 15. E 2. Quia ſi ſola nobis aſſunt proſpera, ſolidamur, rectè ſubiungitur [in ſimilitudinem lapidis aquæ durantur.]

Mss. a. b. c. e. g. h. Baſ. 1503. 1564.

Libri impreßi perperam legunt: ſic itaque reſtituenda eſt lectio. Quia ſi ſola nobis aſſunt proſpera, ſoluimur, ad virtutem verò melius per aduerſa *ſolidamur: rectè ſubiungitur, &c.*

240.

Ib. Pag. 974. c. 16. D. 1. Simul micant [ſcil. Pleiades quarum ſimilitudinem conſtituit ſanctos prædicatores] quia vnum prædicant: ſed non ſemetipſos tangunt, quia in diuerſis temporibus *patiuntur.*

Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1564.

Præferenda eſt lectio, quam habent ſcripti Codices, partiuntur.

241.

Ib Pag 975. c.16. D 5. Ecce per Iacobum de fide *sine opere* superbientibus dicitur: sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Iac. 2.

Scriberem. Ecce per Iacobum de fide contra opera *superbientibus dicitur, &c. ex fide Mss.* Mss. a. b. c. e. g.

242.

Ib. Pag. 977. c.17. C.4. In illa verba, [Et ad hæc quis tam idoneus?] ac si diceret: Idonei quidem sumus ad hæc consideranda *quæ* fiunt, sed idonei non sumus ad hæc inuestiganda cur fiant.

Conueniet hoc in loco sequi membranas, in quibus constanter habetur quia fiunt, *non* quæ fiunt. Mss. a. b. c. e. g.

243.

Ib. Pag 977. c.18. E.10. Quis -- ista iudiciorum cælestium secreta discutiat? quis intelligat *discretam* lancem æquitatis occultæ? Ad cognoscendos quippe istos iudiciorum secretorum sinus nullus ascendit.

Pro discretam *lege* secretam, *consentiunt Mss.* Mss. a. b. c. e. g.

Lib. 30. Moral.

244.

Ib. Pag. 979. c.1. B. 2. De hoc aquarum impetu per Prophetam clamat: Circumdederunt me simul.

Quis non videt statim, legendum esse, prout habent antiqua exemplaria, Circumdederunt me sicut aqua tota die, *circumdederunt me simul.* Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. 1564.

245.

Ib. Pag. 979. c.1. D.2. Ecce iam verba Dei intrinsecus, per semetipsum loquentis, audimus, iámque amori eius qua continuatione, quo studio inhærere debeamus agnoscimus, & tamen ab internæ considerationis culmine, ad consueta nostra, ex ipsa mortalitatis huius mutabilitate relabimur, & imminentium peccatorum *mole* sedula importunitate tentamur.

Legunt multò elegantius antiqua & vetera exemplaria malè *sedula importunitate.* Mss. a. b. c. e. g.

246.

Ib. pag. 980. c.2. B.5. Arma -- cum iaculis, sunt miracula cum prædicamentis. Sancti enim prædicatores verbis suis quasi quibusdam iaculis aduersarios feriunt: armis verò, id est, miraculis semetipsos tuentur: & quantum sint audiendi, sonent per impetum iaculorum, *vt* & quantum sint reuerendi, clarescant per arma miraculorum.

Illud vt *posteriori loco sede sua motum est; quamobrem lege ex probatis codicibus --* vt *& quantum sint audiendi, &c. -- Et quantum sint reuerendi, &c.* Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. 1564.

247.

Ib. Pag. 980. c.2. A.3. [Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & *reuerentia* dicent tibi: Assumus?]

Mss. a b c. e g. *Lege* reuertentia: *nec inuitis Mss. neque repugnante vulgata Editione: occurrit hoc verbum bis vel ter in hoc capite similiter emendandum.*

248.

Ib. Pag. 981. c 3. B 4. Qui hoc loco alij galli nomine designantur, nisi modo alio reperiti iidem prædicatores sancti, qui *in* tenebras vitæ præsentis student venturam lucem prædicando, quasi cantando, nunciare?

Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. 1564. *Legendum proculdubio* inter *tenebras, &c ex Mss.*

249.

Sequitur -- Ib. Pag. 981 c.3. B 6. Dicunt enim: nox præcessit, dies autem appropinquauit. Qui vocibus suis somnum nostri torporis excitant, clamantes: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum: Euigilate iusti, & nolite peccare.

Mss. a. b. e. c. Bas. 1503. *Contrario sensu & multò veriore habent veterum exemplaria -- somnum nostri torporis* excutiunt, *eleganti metaphora à gallis deducta.*

250.

Ib. Pag. 982. c. 4. C. 3. Quasi -- horas noctis discernere, est *prædicatorum* merita diiudicare. Quasi horas noctis discernere, est actionum tenebras apta increpationis voce corripere.

Mss. a. b c e g Bas. 1503. *Mirum est quod* prædicatores *cum* peccatoribus *confuderint an eiusmodi sunt eorum prædicantes. cæterum lege* peccatorum, *non* prædicatorum, *vt assequi valeas mentem Gregorij & fidem Mss. Cod.*

251.

Ib. Pag. 985. c. 6. E. 6. Explicans illa verba [Quando fundabatur puluis in terram, & glebæ compingebantur.] Glebæ -- ex humore coagulantur & puluere. In hac itaque terra glebæ *compunctæ* sunt: quia vocati peccatores, & per Spiritus sancti gratiam infusi, in collectione sunt charitatis vniti.

Mss. a. b. c. e. g. Basil. 1503. 1564. *Melius* compactæ *ex omnibus Mss. vt ad vocem vniti referatur.*

252.

Ib. Pag. 995. c 11. C. 2. Verba -- tunc docentium, quasi quosdam humanæ linguæ riuulos non quærunt, quando de ipso iam veritatis fonte *debriantur.*

Mss. a e. g *Tametsi non negarem, posterius istud verbum esse purum putum Gregorianum, quod ex diuersis locis perspicuè colligitur; tamen hoc in loco, scribendum censeo cum membranis, loco eius* deriuantur.

253.

Ib. Pag. 998. c. 13. C. 7. Esau primatum per lenticulam perdidit; & Elias in eremo *per* virtutem *spiritus* carnes edendo seruauit.

Mss. a. b. c. e. g. *Longè aliter Mss. -- Elias in eremo virtutem* corporis *carnes edendo seruauit.*

Ib.

254.

Ib. Pag.998.c.14.E.10. Eo tempore quo necessitati debitum soluitur, quia per esum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat,& quid,sicut dictum est, voluptas suppetat,ignoratur. Sæpè vero & discernimus:& quia vtrámque per experientiam sibi coniunctam nouimus,in hoc quod extra metas rapimur, *liberè resiciendo* fallimur : & dum sibi mens ex necessitate blanditur, ex voluntate decipitur.

Locus obscurus & difficilis quem non facile quis intelliget nisi iuxta Mss. Codices legatur hoc modo, in hoc quod extra metas rapimur, libet vt sciendo fallamur, *&c.* Mss. a. c. e. g. Bas. 1503. & in marg. Par. 1586.

255.

Ib. Pag.1000. c.15. A 6. Christus -- vocatur leo,sed propter potentiam. Aliquando etiam serpenti comparatur, sed propter sapientiam.

Lege sed propter mortem vel *sapientiam: ex membranis.Liquidò patet Christum propter mortem serpenti comparatum fuisse:sed propter sapientiam haud scio an verum sit,neque crederem nisi me auctoritas Gregorij commoueret.* Mss. a. b. e. g c.

256.

Ib. Pag 1000. c.15. B.6. Quia incarnatus Dominus particeps nostræ factus est naturæ,non culpæ,liber dimissus dicitur,quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scriptum est: Inter mortuos liber. Dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis iugo nullo modo tenetur. Quem quamuis macula culpæ nostræ non attigit,passio tamen nostræ mortalitatis astrinxit.

Legendum inter mortuos liber. Liber *dimissus dicitur, &c. Liber antea deerat, adiecimus ex Mss.* Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503.

Lib 31. Moral.

257.

Ib. Pag 1005. c.1. C.7. Contra -- superbientem Diabolum apparuit inter homines homo factus humilis Deus.Hunc potentes huius seculi,id est,membra Diaboli superbientis, eo despicabilem crediderunt, quo humilem conspexerunt: vulnus enim cordis eorum quanto magis tumuit, tanto amplius medicamentum *vitæ* despexit.

Perit omnis gratia sermonis Gregoriani, nisi pro vitæ, mite *legamus, secuti membranas.* Mss. a. b. c. g.

258.

Ib. Pag.1008. c.3. B 10. Quia sola diuina virtute agitur,vt terreni regni culmina ad *perfectum* regni cœlestis inclinentur, rectè nunc dicitur: [Aut confringet glebas vallium post te?]

Romani Correctores,tum hic tũ alibi sæpissimè mutarunt prouectũ,*verbũ Gre-*

Mss. a. b. c. e. g. Basil. 1503. *gorianum, in* perfectum *verbum insolens & inusitatum, qua freti auctoritate viderint: priori lectioni Mss. etiam consentiunt exemplaria.*

259.

Ib. Pag. 1010. c. 5. B. 10. Postquam speciem struthionis huius intulit, mox facta subiungit, dicens: [Quæ derelinquit in terra oua sua.] Quid enim per oua nisi *tenera* adhuc proles exprimitur, quæ diu fouenda est, vt ad viuum volatile perducatur?

Mss. a. b. c. e. g. *Assentior Mss. qui corrigunt*, terrena *legentes, summa librorum consensione. Bene, rectè & ad verba contextus.*

260.

Ib. Pag. 1015. c. 9. C. 7. Eat -- Hypocrita, & nunc suas laudes appetat, postmodum vitam proximorum premat, & quandóque se in *irrisione* sui *cordis* exerceat: vt quo elatiora semper excogitat, eo se suppliciis atrocioribus immergat.

Mss. a. b. e. g. c. Bas. 1564. *Illa verba, quo elatiora, quæ proximè sequuntur probant lectionem germaniorem esse in Mss. se in* irrisionem *sui Conditoris exerceat.*

261.

Ib. Pag. 1019. c. 10. D 9. Quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mordere , est extrema sæculi feriendo *contingere.*

Mss. a. b. c. e. g. *Cum obseruatum habeamus, Cerasti hoc propriè competere, vt in gyrum se vertens & circumiens rem aliquam apprehendat, & mordeat: ideo vbi habes* contingere, *malim* constringere, *Nam hæc lectio germanior videtur: & habetur in Mss.*

262.

Ib. Pag. 1022. c. 12. C. 4. Iste [scil. vir sanctus.] labores suos considerans, mercedem retributionis quærit: & causæ suæ meritum sciens, præsentiam [sui] iudicis expetit, cúmque vt veniat in flamma ignis dans vindictam impiis, & contemplationis suæ speciem in *retributione deferens, piissimo* ardore concupiscit.

Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. *Locus qua verbis qua interpunctione vitiatus. Nos ex antiquissimis Codicibus ita corrigimus: præsentiam sui iudicis expetit, eúmque vt veniat in flamma ignis dans vindictam impiis, & contemplationis suæ speciem in* retributionem deferens piis, summo *ardore concupiscit.*

263.

Ib. Pag. 1024. c. 14. B. 12. Infracta -- virtus est *concupiscentia vitæ æternæ*, terrenæ contemptus.

Mss. a. b. c. g. Bas. 1503. *Lege ex Mss. Infracta - virtus est*, concupiscentiæ terrenæ *contemptus.*

264.

Ib. Pag. 1033. c. 17. B. 3. Auaritia -- deuictum animum quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *valdè* sine culpa est, quod quædam habenda concupiscis: quia non multiplicari appetis, sed *agere* pertimescis: & quod male alius retinet, ipse melius expendis.

Pro

Pro valde *lege* vade, *& pro* agere, *egere *& sana erit lectio, nec abhorrens à membranis.* * Ms. c. Mss a, c g.

Lib. 32. Moral.

265.

Ib. Pag. 1039. c. 1. A. 11. Mens nostra -- cum neglectam se deserit, & noxio tepore torpescit, vel otiosa verba, vel inutiles cogitationes minoris esse reatus omnimodo credit. At si igne compunctionis incalescens, à *torpore* suo tacta subito afflatu contemplationis euigilet, illa quæ leuia paulo ante credidit, mox vt grauia ac mortifera perhorrescit.

Duo genera teporis *constituit D. Gregorius, noxij, & pij: noxij de quo in superiori periodo: pij qui ab igne compunctionis proficiscitur: quamobrem legendum censeo à* tepore *suo tacta, vt vis atque energia omnis sit in pronomine suo, noxio tepori opposito per antithesin: porro ita legunt membranæ.* Mss. a. b. c. e. g.

266.

Ib. Pag. 1043. c. 6. D. 1. Quo pacto diuinitatis eius vim obliuio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter concordat.

Frigidè: rectè membranæ omnes -- cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter non *concordat? Hoc agit Greg. vt abunde probet Deo proprie neque memoriæ, neque obliuionis nomen competere: sed more mentium, & per Anthropopathiam, tum obliuisci, tum recordari dicitur.* Mss. a. b. c. e. g. h.

267.

Ib. Pag. 105 . c. 12. A. 4. Quæ -- pœnarum genera *non* nouimus, quæ non iam vires martyrum exercuisse gaudemus?

Rectius membranæ, sublata negatiua priore, Quæ pœnarum genera nouimus, &c. Mss a. b. c. e. g. h.

268.

Ib. Pag 1052. c. 15. E. 4. Agitur de Behemoth: exponens illa verba [Cartilago illius quasi laminæ ferreæ.] Qui [scil. in illo debiliores sunt, & tamen ad perpetranda mala nequiores existunt, qui in eius corpore, ad ostensionem virtutum non sufficiunt, & tamen contra necem fidelium acrius accenduntur] rectè non ferro tantummodo, sed laminis ferreis comparantur: quia dum se circumquáq; in *credulitate* dilatare ambiunt, quasi in ferri se laminas extendunt.

Credulitate *pro* Crudelitate, *fatali Lat. Typographorum errore, scriptum est: nam ex similitudine literarum vel potius transpositione ac metathesi hæc menda vt plurimum.* Mss. a. b c. e. g. Basil. 1503. 1564.

269.

Ib. Pag. 1056. c. 17. A. 7. Alius fractis *plenè* voluntatibus suis, multa iam vetusti hominis vitia & mutatione vitæ, & lamentatione pœnitentiæ correxit. Mss. a. c.

Lege pro plenè, pœne *secutus membranas.*

270.

Ib. Pag. 1056. c. 17. B. 1. An non *perdendis*, quia cùm ad aliena extenderis, erga ea curanda quæ tua sunt minor inueniris.

Mss a. b. c. e. g. Basil. 1503. 1564. *Mendo Typographico, irrepsit loco eius quod habetur in omnibus membranis, & apud Gillotium*, perpendis: *sed quia transiit in exemplum Parisiensibus, in sua postrema & accuratè recognita editione operum D. Greg. post Romanam, non grauate adscripsimus saltem incuriæ vtrorúmque.*

Lib. 33. Moral.

271.

Ib. Pag. 1062. cap. 3. B. 10. Vmbra mortis electos Dei *opprimit*, cum mors carnis, quæ imago mortis æternæ est, ab hac eos vita disiungit: quia sicut illa animam à Deo: ita hæc ab anima separat corpus.

Mss. a. b. c. e. g. *Legas* operit, *& hic, & in sequenti periodo quod vmbræ proprium est; accedit, quod præcesserat, cooperuit nos vmbra mortis: & quod hoc verbum in antiquis exemplaribus inuenitur.*

272.

Ib. Pag. 1063. c. 3. B. 4. Recte -- Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur: quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris, atque altitudinis commouet, eorum corda *tenacius* tenet, & quasi ipse ibi quietus dormit, vbi eos quos possidet, quiescere non permittit.

Mss a. b. c. e. g. Tacitus *tenet, &c. sic accipiendum esse clamant, tum præcedentia, tum etiam sequentia: probant & libri Mss.*

273.

Ib. Pag. 1073. c. 14. D. 7. *Irrationabile* -- & *quadruplex* animal est, per actionis immundæ fatuitatem: Draco per nocendi malitiam, auis per subtilis naturæ leuitatem.

Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503. 1564. *Conatur D. Greg. ostendere Leuiathan cur bellua, vel iumentum, cur Draco, cur auis appelletur: lege itaque* Irrationale -- *&* quadrupes *animal est, &c. confirmant hanc lectionem membranæ.*

274.

Ib. Pag. 1079. c. 20. A. 5. Nemo -- Deum meritis præuenit, vt teneret eum quasi debitorem possit: sed miro modo æquus omnibus conditor, & quosdam præeligit, & quosdam in suis *prauis* moribus iustè derelinquit.

Mss. a. b. e. g. c. *Hic potius legendum existimo cum Mss.* reprobis.

275.

Ib. Pag. 1088. c. 28. B. 3. In illa verba [Halitus eius prunas ardere facit] -- Toties Leuiathan halitus prunas accendit, quoties eius occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas protrahit. Alias namque superbiæ, alias inuidiæ, alias luxuriæ, alias auaritiæ facibus inflammat. Superbiæ quippe *faciem* menti Euæ supposuit,

cum

cum hanc ad contemnenda verba Dominicæ iussionis instigauit. Mss. a. b. c. g. Bas. 1503. 1564.

Nullus in toto Greg. magis perspicuus locus, quem tamen Romani correctores inemendatum reliquerunt, sed facem *nobis praeferunt Mss. Codices.*

Lib. 34. *Moral.*

276.

Ib. Pag. 1090 c. 2. A. 6. Explicans verba Oseæ 2. Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, &c. --Spinis -- electorum viæ sepiuntur, dum dolorem punctionis inueniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt. Quasi interposita maceria *vis* eorum obuiat, quorum nimirum desideria perfectionis difficultas impugnat. Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503.

Pro viis *vnius literulæ defectu, perperam legitur, & nullo sensu* vis *contra fidem Mss. Codicum.*

277.

Ib. Pag. 1094. c. 8. B. 9. In illud Iob [Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, &c.] -- Antiqui - hostis est gladius ille tunc damnatus homo, in vsum ministerij eius assumptus.-- Hunc ergo Leuiathan *gladium* apprehendit, cum eum suus damnatus homo susceperit. Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503.

Lege ex antiquis exemplaribus, hunc ergo Leuiathan istius gladius *apprehendit, &c.*

278.

Ib. Pag. 1102. c. 17. C. 1. [Omne sublime videt.] id est, cunctos velut *intra* se positos quasi de sublimi respicit: quia dum per intentionem contra auctorem nititur, æstimare sibi quemlibet similem dedignatur. Mss. a. b. c. e. g. Basil. 1503. 1564.

Subijcias loco eius, infra, *quod est in antiquis libris.*

279.

Ib. Pag. 1102. D. 10. Dauid -- illi se humiliter postponebat (Saulem intelligit,) *cui* per *elationis* gratiam incomparabiliter se nouerat esse meliorem. Mss. a. b. c. e g. Bas. 1503.

Fœdo errore ita habent impressi Codices: pulcherrima emendatio hæc est, quam nos ita exemplarium ope restituimus, legendo quo per electionis *gratiam, &c.*

280.

Ib. Pag. 1102. c. 17. E. 1. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant, qui adhuc quo loco apud Deum habeantur, nesciunt, si sic se electi etiam illis humiliant, quibus iam se per interna iudicia, *interpositos* deprehendunt. Mss. a. b. c. e. g. Bas. 1503.

Non scribas interpositos, *sed* antepositos, *ita enim sincerè legunt antiqui libri.*

281.

Ib. Pag. 1104. c. 18. C. 2. Nonnunquam -- ad tantam elationem

mens ducitur: vt in eo quod *timet*, etiam per ostentationem locutionis effrenetur. Sed tanto facilius ruina sequitur, quanto apud se quisque impudentius exaltatur.

Mss. a. b. c. e. g. Baſ. 1503. *Subijciunt Mss. Codices rectè & verè* tumet.

Lib. 35. Moral.

282.

Ib. Pag. 1110 c. 6 E. 10. Quamuis Dominus ad Diabolum loquens, bona illius præsentia prætulit, non autem eius perseuerantiam spopondit: sciendum tamen est, quia nequaquam eius iustitiam permittendo *tentatori prætulisset*, si eum iustum in tentatione persistere non posse præuideret.

* Mss. b. g. † Ms. c. * Mss. a. e. Basil. 1503. *Pleraque * omnia Mss. legunt, eius iustitiam permittendo* † tentari prætulisset, *vel vt * quædam habent* protulisset.

283.

Ib. Pag. 1118. c. 10. B 8. Conuersi -- cum muneribus veniunt: quia eum quem paulò ante in passione deriserunt, tunc virtutum opera quasi munera offerendo, venerantur. Illud proculdubio hac sua oblatione complentes, quod & cernimus magna ex parte iam factum, & adhuc credimus *ex magna parte* faciendum.

Mss. a. b. c. e. g. *Lege ex Mss. & adhuc credimus* perfectè faciendum.

284.

Ib. Pag. 1122. c 14 D. 9. Sanctæ Ecclesiæ, quæ electorum pulchritudine decoratur per Psalmistam dicitur: Concupiuit rex speciem tuam. (Psal. 44.) De qua paulo post subditur: Omnis gloria eius filiæ regum ab intus. Nam si foris gloriam quæreret, intus speciem quam rex concupisceret, haberet.

Mss. a. b c. e. g. Basil 1503. 1564. *Intus speciem quam rex concupisceret* non *haberet. Sic enim Mss. exemplaria.*

285.

Ib. Pag. 1123. c. 15. E. 1. Sancta Ecclesia -- plena -- dierum moritur: cui labentes anni non transeunt, sed *statim* actuum retributione solidantur.

Mss. a. b. c e. g. Baſ. 1503. 1564. *Legas*, stantium *ex Mss.*

286.

Ib. Pag. 1124. cap. 16. E. 5. *Desideratur in impressis Codicibus hæc conclusio pia & frequens in eius libris*, Deo & Domino nostro Iesu Christo, cui, cum Patre & Spiritu sancto, honor & imperium, per æterna sæcula sæculorum, Amen.


Mss. a. b. c. e g. *Quam, quia inuenimus in omnibus antiquis exemplaribus, restituimus.*

Mss a. b. c. d. e. f. h. Additio post n. 109. Pag. 649. c. 17. B. 7. *Quidam Codices habent* corporeus.

HOMI-

HOMILIA PRIMA IN EZECHIELEM.

287.



PAG. 1234 C. 4. Hoc -- Euangelij sacramentum est, quia vnigenitus patris incarnatus atque perfectus homo factus est, qui crucifixus, mortuus, & sepultus, die tertia *surrexit*: die quoque quadragesima ascendit in cœlum, atque in dextera patris sedet.

Lege resurrexit, *quod verbum receptum est in symbolo fidei, & habetur in antiquis membranis.*

288.

Pag. 1236. Ib. A. 1. Ipse -- super occasum ascendit, qui mortem resurgendo calcauit. Cui dum cantamus iter, facimus vt nostrum cor veniat, & sui nos amoris gratia accendat. Mss. a. b. c. d.

Codices Mss. ita distinguunt & legunt. Cui dum cantamus, iter facimus, vt ad nostrum cor veniat, &c. Mss. a. b. c. d.

Hom. 2. in Ezech.

289.

Pag. 1238. A. 3. Quia -- ipse [videl. Christus] est Dei sapientia, de ipso angeli videndo *viuunt*, hoc quod beatitudine æterna satiantur.

Lege bibunt *ex membranis: lectionem hanc confirmant sequentia.* Mss. a. b. c. d.

290.

Ib. Pag. 1238. C. 1. *Profecto* -- vt ostendatur cuius auctoritatis sit in prædicatione, ætatis solidæ esse describitur, quatenus ei cum vita & spiritu omnia, quæ ad prædicandum congruunt, concordare videantur.

Legas ex antiquis Codicibus Propheta -- *vt ostendatur: constabit hoc ex sequentibus. Nec contra hæc quempiam mouere debet, quod Hieremias atque Daniel prophetiæ spiritum pueri perceperunt, &c.* Mss. a. b. c. d.

291.

Ib. pag. 1238. C. 6. Aliud est quod nos de doctrinæ vsu atque disciplinæ *dicimus*, aliud quod de miraculo scimus.

Scribendum censeo discimus *cum Mss.*

292.

Ib. Pag. 1239. C. 8. Quia -- in locutione prophetica alter est qui Mss. a. b. d.

præſidet, alter qui obſequitur: cum de ſeipſo propheta loquitur, perſona obſequentis eſt: cum verò per prophetam ſpiritus loquitur, ſublimitas præſidentis oſtenditur.

Mss. a. b. c. d. *Lege cum membranis, cum verò per Prophetam Spiritus loquitur* de propheta *ſublimitas, &c.*

293.

Ib. Pag. 1239. D. 1. [Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.] Nunc itaque diſcutiendum nobis eſt, quid ſit quod dicit: [Et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna.]

Mss. a. b. c. d. *Deſunt verba* & nubes magna, *in prima periodo, quemadmodum clarè conſtat ex iis quæ ſequuntur: accedit quod Mss. Codices ita legant.*

294.

Ib. Pag. 1240 A. 9. Quanto plus quiſque exarſit in crudelitate, tanto amplius obcæcari meruit in ignorantiæ ſuæ caligine -- vnde actum eſt, vt eorum mens magna ignorantiæ ſuæ nube *regeretur*, ne hunc poſt inquirentes agnoſcerent, quem prius & denunciare poterant, & amare renuebant.

Mss. a. b. c. d. *Subijcias ex Mss.* tegeretur.

295.

Ib. Pag. 1240 C. 9. In illa verba [Ollam ſuccenſam ego video &c.] - Iudæorum -- mens in perſecutione ſæuiens, atque in *credulitate* malitiæ vndas cogitationum voluens, quid aliud quam olla ſuccenſa fuit?

Mss a. b. d. *Pro* credulitate *lege* crudelitate *ex antiquis Codicibus.*

296.

Ib. Pag. 1241. A. 2. Claritatem ſuæ magnitudinis temperauit noſtris oculis Deus, vt dum nobis eius claritas temperatur, etiam noſtra infirmitas per eius ſimilitudinem in eius luce clareſceret, & per acceptam gratiam, vt ita dicam, ſuæ habitudinis *calorem* mutauit.

Mss. a. b. c. d. *Eleganter & appoſitè Mss.* colorem *ſubſtituunt.*

297.

Ib Pag. 1241. A. 9. Paulo poſt -- Si quis hæc quæ de primo Domini aduentu diximus, etiam de ſecundo velit accipere, celeri aſſenſu ſequendus eſt: quia ſæpe prophetiæ ſpiritus *minimum* quid loquitur, multa ſimul intuetur.

*Mss a. b. d. † Ms. e. *Lege vt * pleraque exemplaria habent* in vno *quid -- vel vt alia †* in vnum, *&c.*

298.

Ib. Pag. 1241. E. 11. [Et hic aſpectus eorum ſimilitudo hominis in eis.] *Quis hoc loco homo deſcribitur* &c -- *Similitudo hominis in eis*] *Cum paulo poſt ſancta hæc animalia, ſingulis diſtincta imaginibus deſcribantur; vt aliud homini, aliud leoni, aliud vitulo, aliud aquilæ ſimile dicatur. Quid eſt quod*

quod hoc loco de omnibus simul dicitur: Similitudo hominis in eis. Sed quis hic homo describitur, &c. Mss. a. b. c. d.

Desunt hæc omnia in impreßis, curauimus adijcienda ex omnibus Mss.

299.

Ib. Pag. 1242. A. 4. Quicquid in eis [id est sanctis animalibus] de visceribus pietatis, quicquid de *mansuetudinis spiritu*, quicquid de custodia humilitatis, quicquid de feruore charitatis est, hoc ab ipso fonte misericordiæ, ab ipsa radice mansuetudinis, ab ipsa virtute iustitiæ, id est, à mediatore Dei & hominum Deo Domino traxerunt.

Legunt Mss. quicquid de mansuetudine spiritus, quicquid de zelo rectitudinis, *quicquid de custodia, &c.* Mss. a. b. c. d.

300.

Ib. Pag. 1242. B. 7. Cum Redemptori nostro diceretur: Dæmonium habes: non iniuriam reddidit, sed *mansuetudinem* respondit, dicens: Ego dæmonium non habeo. Io. 8.

Haud scio an rectius, certè magis perspicuè, habent antiqua exemplaria mansuetè *respondit, &c.* Mss. a. b. c. d.

Hom. 3. in Ezech.

301.

Ib. Pag. 1244. C. 8. Candens -- æs scintillas proiicit, quando vix tenuiter prædicator loqui sufficit hoc vnde ipse fortiter *ignoscit.*

Haud ignosco supinitati Correctoris Romani, qui prætermissa voce ignescit, *substituit eius loco* ignoscit, *contra fidem Mss.* Mss. a. b. c. d.

302.

Ib. Pag. 1247. E. 6. Sunt -- nonnulli qui bona quidem quæ nouerunt, operantur, atque hæc operantes meliora deliberant, sed retractantes meliora, quæ deliberant, immutant, & quidem bona attractantes meliora, quæ deliberant, immutant, & quidem bona agunt quæ cœperunt, sed à melioribus quæ deliberauerant, *succumbunt.* Hi nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere, sed ante omnipotentis Dei oculos ceciderunt in deliberatione. Vnde fit plerumque vt bonum opus eorum minus Deo placeat, quia cum *pauore* mentis in meliori gradu deliberationis inconstanter ponitur, *hos* ipsa cogitationis inconstantia accusat.

Pro succumbunt *lege* * immutantur: *pro* pauore, † pes: *& pro* * hos, hoc, *ex fide membranarum.* * Mss. a. b. † Mss. a. b. c. d. * Mss. a. b. c. d.

Hom. 4. in Ezech.

303.

Ib. Pag. 1248. C. 3. Per sanctum prophetiæ spiritum pennata

animalia ſubtiliter deſcribuntur, vt per hæc Euangeliſtarum ſignificari perſonas ipſa nobis ſubtilitas *diſcretionis* aperiat, nihilque ſermo Dei noſtro intellectui dubietatis relinquat.

Mss. a. b. c. d. *Lege ſubtilitas* deſcriptionis *ex Mss.*

304.

Ib. Pag. 1249. A. 1. Omnis [ſcil. perfectus homo] quia ſubli-miter contemplatur ea, quæ cæleſtia atque *terrena* ſunt, aquila eſt.

Mss. a. b. c. d. *Inſigni errore Romani Correctores* terrena, *pro* æterna *perperam accipientes, poſuerunt.*

305.

Ib. Pag. 1251. B. 7. Quare hoc quod *in nobis eſſe videbatur,* graue *eſſe* videtur in proximo, niſi quia nec nos ſicut proximum, nec proximum conſpicimus ſicut nos?

Mss. a. b. c. d. *Alia eſt lectio in membranis. Quare hoc quod* nobis vile videbatur in nobis, *graue videtur in proximo, &c.*

Hom. 5. in Ezech.

306.

Ib. Pag. 1252. C. 11. Impetus -- ſpiritus ad charitatem, ad humilitatem, ad continentiam, ad largitatem miſericordiæ, ad interiorem *profectum,* ad pietatis *opera,* ad æternorum fidem, ad ſpem ſequentis gaudij, ad patientiam, ad pacem, ad conſiderationem vitæ *immortalis,* ad lachrymas mentem pertrahit.

Mss. a. b. c. d. *Lege* prouectum, *&* mortalis, *ex antiquis Codicibus.*

307.

Ib. Pag. 1254. C. 10. In his -- virtutibus ſine quibus ad vitam minimè peruenitur, Sanctus Spiritus in electorum ſuorum cordibus permanet. In his verò per quas ſanctitatis virtus oſtenditur, aliquando miſericorditer præſto eſt, & aliquando miſericorditer recedit. Diſcurrens ergo & mobilis ſpiritus dicitur, &c.

Mss. a. b. c. d. *Deſunt nonnulla reponenda ex membranis -- in electorum ſuorum cordibus permanet,* vnde rectè ſtabilis dicitur - *& aliquando miſericorditer recedit,* vnde rectè mobilis nuncupatur. *Diſcurrens ergo.*

308.

Ib. Pag. 1255. D. 8. Hæc -- animalia -- poſtquam mira ſancti inter homines faciunt, poſtquam corda audientium ſparſo lumine incendunt, ad *quandam* auctori ſuo gloriam redeunt, vt illi laudem reddant per quem ſe poſſe talia ſciunt.

Mss. a. b. c. d. *Lege ad* dandam *ex antiquiß. Cod.*

Hom. 6. in Ezech.

309.

Ib. Pag. 1256. E. 8. Iacob primogeniti benedictionem non per frau-

fraudem surripuit, sed vt sibi debitam accepit, quam concedente fratre, *data alentis* mercede emerat.

Admodum negligenter, vt moris est, productum testimonium, ex Gen. 26. v. 34. sic ex vulgata lectione, & membranis restituimus hunc locum -- lentis datæ *mercede emerat.* Mss. a. b. d.

310.

Ib. pag. 1258. C. 7. Quid - *ora doctorum* nisi scyphi sunt, qui vino nos scientiæ ebriant, &c.

Ita è Cod. Mss. hic locus restituitur. Quid - mentes auditorum *nisi scy-* Mss. a. b. c. d.
phi sunt, quæ à sanctis prædicantibus, vino scientiæ replentur? *Huic lectioni subscribit Gillotius.*

311.

Ib. Pag. 1261. A. 10. In illa verba Ezechielis [Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus.] -- Statura -- in rectitudine *prædicationis* est: altitudo in celsitudine supernæ promissionis, horribilis verò aspectus in minis, atque terroribus supplicij sequentis.

De prædicantibus ne gry quidem hoc in loco, agitur de statera Scripturæ sa- Mss. a. b. d.
cræ eiúsq; præceptis: legatur itaque præceptionis, *non* prædicationis, *vt perperam prius lectum est.*

312.

Ib. pag. 1262. C 4. Habet altitudinem, cum promittit dicens: Si Rom. 8.
commorimur, & conuiuemus: si *sustinemus*, & conregnabimus.

Lege multò significantius -- si consustinemus *& conregnabimus.* Mss. a. b. d.

Hom. 7. in Ezech.

313.

Ib. Pag. 1264. A. 6. Hoc -- ideo dicimus, vt *votum nostræ dilectionis* faciamus: quia in nostro bono opere aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando verò pro nihilo contemnendum.

Vt notum vestræ dilectioni *faciamus, &c.* Mss. a. b. d.

314.

Ib. Pag. 1264. C. 3. Sciendum nobis est, quia sæpe dum *alios reprobos* intendimus, fit vt *alia* negligamus, & vbi negligimus, ibi proculdubio oculum non habemus.

Nos in omnibus Mss. exemplaribus inuenimus, quia sæpe dum aliis rebus *in-* Mss. a. b. d.
tendimus, fit vt * alias *negligamus, &c.* * Mss. a. b.

315.

Ib. Pag. 1264. E. 1. [Totum corpus eorum in circuitu.]

Verba sunt perspicua contextus sacri, emendatio facilis ex superiori periodo in Mss. a. b. d.
qua verè citantur, nisi quod admodum supini sunt Correctores Rom. Lege itaque totum corpus eorum plenum oculis *in circuitu.*

Hom. 8. in Ezech.

316.

Ib. Pag 1271 C.1. Redemptor -- noster peccatricis mulieris mentem *extergebat,* cum de culpa compungeret: ſuſcipiebat, vt à culpa liberaret.

Mss. a. b. c. d. *Peccatricis mulieris mentem* & trahebat, & ſuſcipiebat: trahebat, *cum de culpa compungeret, &c. Ita Mss.*

317.

Ib. Pag.1272. B.3. Quia anguſtum eſt ſpiritui omne os hominis, id eſt, foramen carnis, ad explendam illam immenſitatem, quæ conſpicitur, proferendo lingua variatur.

Mss. a. b. c. d. *Prætermiſſa ſunt verba quæ ſequuntur:* modo hoc, modo illud quod aſpicit, *proferendo, &c.*

318.

Ib. Pag.1273 C.7. *Debet* - ab exortu ſanctæ Eccleſiæ fidei oculos, vſque ad finem mundi tendere, & hæc eadem caſtra quomodo ambulent, videre.

Mss. a. b. c. d. Libet, *pro* debet, *ſcriberem ex Mss.*

319.

Ib. Pag. 1275. C. 8. Ecce [Iſaias] ad ſuperiora ſubleuatus, ſibimetipſi de labiorum pollutione diſplicuit. Niſi enim cæleſtis munditiæ *ala* conſpiceret, eſſe ſe iudicabilem non inueniſſet.

Mss. a. b. c. d. *Mutamus* ala, *in* alta, *freti auctoritate veterum exemplarium.*

320.

Ib Pag.1277. A.3. Chriſtus -- poſtquam mortem reſurgendo calcauit, humanitatem ſuam, etiam maieſtatibus *Angelorum* ſuperpoſuit.

Mss. a. b. c. d. *Lege* Archangelorum, *quæ lectio emendatior eſt, conſentiunt vetera exemplaria.*

321.

Ib. Pag. 1277. B.1. *Indumento* -- vtriuſque naturæ huic & angeli miniſtrare, hunc & angelus confortare deſcribitur.

Mss. a. b. c. d. *Chriſtus non dicitur diuinam naturam induiſſe, qua ſemper ornatus ab æternitate; ſed humanam aſſumpſiſſe, in plenitudine temporum. Sed non erit opus ampliori probatione: rem manifeſtam faciunt Mss. Codices, clarè legendo,* In documento *ergo, &c.*

322.

Ib. Pag. 1277. B. 7. In cuius perſona vt propheta ſanctus, *adiunctionem* vtriuſque naturæ ſe vidiſſe oſtenderet, protinus adiunxit.

Mss. a. b. c. d. *Caue legas* adiunctionem vtriuſque *naturæ: quin potius legas ex antiquis codicibus,* adunationem. *Prior lectio hæreſim ſapit, niſi ſano modo accipiatur.*

Ib. Pag.

323.

Ib. Pag.1277. C.1. In Redemptore -- nostro, natura diuinitatis & humanitatis inconfuse vnita sibimet atque coniuncta est, vt & per humanitatem diuinitatis eius claritas nostris potuisset oculis temperari, & per diuinitatem humana natura in eo clarescerct, atque exaltata fulgorem vltra hoc, quod creata fuerat, haberet.

Melius, vt puto, Mss. In Redemptore nostro, * vtraque natura [*vel vt alij Codices habent*] † *vtræque* -- naturæ *diuinitatis & humanitatis* insepara- * Mss. a b. † Ms. c d.
biliter *sibimet sunt* vnitæ, *vt per humanitatem.* Mss. c d.

324.

Ib. Pag.1279 A.6. Quantalibet se intentione mens humana tendat, etiamsi iam phantasias imaginum corporalium à cogitatione compescat, si iam omnes circumscriptos spiritus ab oculis cordis amoueat, adhuc tamen in *corde* mortali posita, videre gloriam Dei, non valet, sicuti est. Mss a.b. c.

Legendum proculdubio cum membranis, in carne *mortali posita, &c.* d.

325.

Ib. Pag.1279. B.3. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Etsi Ezechiel vidit, quid est, quod iste similitudinem gloriæ, & ille eius gloriam vidisse describitur.

Sermo confusus & saucius, persanandus ex Mss. hoc pacto. Etsi Ezechiel non Mss. a. b. c.
gloriam, sed gloriæ similitudinem *vidit, quid est quod iste, &c.* d.

326.

Ib. Pag.1279. D.3. Ecce cœlestis gratiæ dono largiente, obuolutum mysteriis libri initium in Ezechiel propheta discussimus & dicta mystica moraliter differentes, volantem prophetiæ *historiam à terra extraximus*; vt quæ prius paruulorum *anima*, mihique similium volabat, sed non *eleuabatur*, iam nunc ab eis legatur, & cognoscatur, *euolet* & leuet.

Longe aliter habent veterum libri, atque haud scio an melius -- volantem prophetiæ theoriam ad terram traximus : *vt quæ prius paruulorum* ani- Mss. a. b. c.
mis, *mihique similium volabat, sed non* leuabat, *iam nunc ab eis legatur* d.
& cognoscatur, & volet *& leuet : vtra lectio præferenda sit videat cordatus & pius lector.*

Hom. 9. in Ezech.

327.

Ib. Pag.1285. C.2. Quia -- ipsi vel cœlestis regni præmia, vel gehennæ esse supplicia non credunt, in suis *grauitatibus* dimissi, à fide & opere etiam alios subuertunt, vt regnum quod ipsi appetere non volunt, alter assequatur. Mss. a. b. c.

Legendum prauitatibus: *ita enim Mss. Codices.* d.

328.

Ib. Pag.1287. A.6. In hoc -- cum malis etiam boni simul Deum

exasperant, quia cum peruersa non increpant, BIS per suum silentium proficiendi licentiam præstant.

Mss. a. b. c d. *Ita mendose legitur, corrigunt vitiosam lectionem Mss. vna cum Gillotio* iis.

Hom. 10. *in Ezech.*

329.

Ib. Pag. 1291. C. 1. Sæpe -- quosdam vidimus ad vocem prædicationis quasi ex conuersione compunctos, habitum non animum mutasse, ita vt religiosam vestem sumerent, sed anteacta vitia non calcarent, iræ stimulis *inaniter agitati, malitia doloris* in proximi læsionem feruescere, de ostensis quibusdam bonis ante humanos oculos superbire, præsentis mundi lucra inhianter quærere, & de solo exterius habitu, quem sumpserunt, sanctitatis fiduciam habere.

Mss. a. b. c. *Substituas* immaniter agitari, malitiæ dolore *&c.*

330.

Ib. Pag. 1291. E. 2. Explicans locum Apostoli quo dicitur: Quia vetera transierunt; ecce facta sunt omnia noua. -- Tunc (inquit) -- in nostris mentibus noua fiunt, cum à nobis vetusti hominis vitia transeunt, quando sacri verbi præceptum venter comedit, & viscera medullitus replentur.

Mss. a. b. c. *Lectum est in antiquis Codicibus, cum à nobis vetusti hominis vitia transeunt*, & tunc à nobis vetusti hominis vitia transeunt, *quando sacri, &c.*

331.

Ib. Pag 1291. E. 10. Horum venter sacrum volumen comedit, & viscera repleta sunt: quia præcepta vitæ quæ sensus capere potuit, memoria non amisit, sed hæc collectus in Deo animus *lugendo* semper & recolendo *seruabit*.

* Mss b c. † Mss. a. b. c. * Legendo *semper & recolendo* † *seruauit. Ita habent veteres Cod.*

332.

Ib. Pag 1297. D. 7. Vnde fit vt [Deus regioni] huic vini, alij verò olei abundantiam tribuat. Hanc multitudine pecudum, illam verò vbertate *abundare fructuum*: vt cum illa defert quod ista non habet, & ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiæ, sibi simul etiam diuisæ terræ coniunctæ sint.

Mss a. b. c. d. *Lege, -- illam vero vbertate* abundare frugum faciat: *Nam ante deerat verbum sine quo sententia esse non potest quod ex antiquis Codicibus restituimus.*

333.

Ib. Pag. 1298. D. 4. Cum testamenta Dei in *ore* cordis sonare cœperint, audientium spiritus ex amore compunctus ad lamenta commouetur.

Mss. a. b. c. d. *Legas, ex membranis, in* aure *cordis, &c.*

Hom.

Hom. 11. in Ezech.

334.

Ib. Pag. 1302. A. 10. Cogor -- modo Ecclesiarum, modo monasteriorum causas discutere. *Sæpe* singulorum vitas actúsque pensare: modo quædam ciuium negotia sustinere, modo &c.

Pro, sæpe, *scribas* modo, *vt cum reliquis conueniat: ita habent Mss. exemplaria.* Mss. a. b. c.

335.

Ib. Pag. 1305. A. 7. Nulla -- modestia in exordio, inuehendo redarguit.

Nulla -- modestiæ, patientiæ præmissa, nulla locutionis dulcedine prærogata, eos quos à fide discessisse cognouit, ab ipso epistolæ suæ exordio, inuehendo redarguit, *&c. Ita Mss.* Mss. a. b. c. d.

336.

Ib. Pag. 1305. E. 2. Districta sunt omnipotentis Dei iudicia. Et qui peccatorem diu expectat vt redeat, non redeunti atque contemnenti ponit adhuc vbi grauius impingat Peccatum quippe, quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est, *aut* causa peccati, simul & pœna peccati. Omne enim quod prius committitur, peccatum est. Sed si citius pœnitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens Deus obligatam peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere, vt qui flendo & corrigendo noluit *mundare* quod fecit, peccatum *incipiat* peccato *cumulare.* Mss. a. b. c. d. *peccantis.*

Scribas ex Mss. peccatum quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est, & *causa peccati*, aut peccatum & pœna peccati, aut peccatum simul, & pœna, & causa peccati: *& paulo post -- Deus obligatã* peccantis *mentem -- & -- vt qui flendo -- noluit* emendare *quod fecit peccatum peccato* cumularet. Mss. a. b. c. d.

Hom. 12. in Ezech.

337.

Ib. Pag. 1309. C. 5. Includi - propheta in medio domus suæ præcipitur: quia antichristi tempore, ab eis gentibus, quæ in *fidelitate* remanserint, plebs conuersa Iudæorum, duris persecutionibus *coangustantur.*

Legendum ex membranis -- quæ in infidelitate *-- & pro* coangustantur, angustatur. Mss. a. b. c. d.

338.

Ib. Pag. 1310. C. 3. Propheta - post campum in domo includi præcipitur, vt prædicator post gratiam doctrinæ quam proximis ministrat, ad conscientiam redeat, séque ipsum subtili examinatione discutiat, ne de his quæ foris prædicat, aliquid ipse apud se in-

trinsecus transitoriæ laudis quærat.

Mss. a. b. c. d. *Vt prædicator* semper *post gratiam &c. Ita Mss.*

339.

Ib. Pag. 1312. E. 9. Recte -- nunc dicitur: qui audit, audiat; quatenus sic fiat sermo in *ore* corporis, vt sonet in aure cordis.

Mss. a. b. c. d. *Scriberem ex Mss. in* aure *corporis.*

340.

Ib. Pag. 1313. A. 4. Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum *contra* te.

Mss. a. b. c. d. *Satis constat ex contextu vt nihil dicam de Mss. legendum esse* coram *te.*

341.

Ib. Pag. 1313. C. 6. Quamuis omne hoc quod in descriptione lateris, sub signo Hierosolymorum ciuitatis, legitur, iuxta literam factum sit, nobis tamen sciendum est, quia typicum aliquod per sartaginem figuratur, & obsessio Hierosolymorum vera describitur. *Quare* instruimur, vt dum aliud completum iuxta historiam scimus, & aliud iuxta *allegoriam* à ratione vacare cognoscimus, quatenus & obsessionem Hierosolymorum, quæ iuxta literam postmodum facta est, in prophetę verbis & factis credamus esse figuratam, & tamen per eandem obsidionem, obsidio alia, id est, interior designatur.

Mss. a. b. c. d. *Legendum ex membranis* -- Ex qua re -- *& aliud iuxta* historiam *à ratione vacare cognoscimus,* in sacro verbo vtraque teneamus, *quatenus & obsessionem, &c.*

342.

Ib. Pag. 1314. A. 3. Quasi *interna* visio pacis describitur, quando mens, quæ prius terrena sapuerat, per amorem iam, ad contemplandam gloriam regni cœlestis eleuatur.

Mss. a. c. d *Manifestum est: pro* interna, in terra *legendum esse: probatur tam ex circumstantiis loci, quam ex vetustis exemplaribus.*

Hom. 13. *in Ezech.*

343.

Ib. Pag. 1317. D. 8. Dicturus *mysticam* narrationem, hystoricam præmittit, vt *fiat* ex tempore, quod credatur in reuelatione.

Mss. a. b. *Lege ex Mss. Dicturus mystica, narrationem historicam præmittit,* vt figat *ex tempore &c.*

344.

Ib. Pag. 1319. A. 4. Quod dixerat, adduxit me illuc, hoc replicans subdidit: adduxit me in terram Israel. Manus quippe in visione est, virtus in contemplatione.

Mss. a. b. c. d. *Lege ex Mss. -- adduxit me in terram Israel:* Ait enim facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc in visionibus Domini. Manus etenim virtutem potestatis, visiones verò ipsam quam acceperat reuelationem significant. *Manus quippe &c.*

345.

Ib. Pag.1319. E 4. Si -- ego vos portare negligo in moribus *meis*, & vos me tolerare contemnitis in moribus *vestris*, charitatis ædificium inter nos vnde surgit, quos vicaria dilectio per patientiam non coniungit?

Lege transposito verborum ordine -- si -- ego vos portare negligo in moribus vestris , *& vos me tolerare contemnitis in moribus* meis, *&c. sic veterum libri.* Mss. a. b c. d.

346.

Ib. Pag.1320. D 9. Intrare -- est ædificium super montem, electos S. Ecclesiæ *aspicere*.

Electos S. Ecclesiæ, qualiter in domino proficiant, amando considerare. *Iste enim, &c.* Mss. a. b. c. d.

347.

Ib. Pag. 1323. B 2. Redemptor -- noster pro *bonis* misericorditer incarnatus, ante humanos oculos quasi in porta stetit: quia & per humanitatem visibilis apparuit, & sese inuisibilem *per diuinitatem* seruauit.

Lege pro bonis, nobis *ex Mss. & pro*, per diuinitatem, in diuinitate. Mss. a. b. c. d.

348.

Ib. Pag.1324. C.5. Hebraicus populus de Ægypti seruitute liberatus, cum loquente Deo columnam nubis cerneret, vnusquisque in tabernaculi sui foribus stabat, & *orabat*.

Lege tam ex vulgata editione, quam ex membranis, adorabat. Mss. a. b. c. d.

Hom. 14. in Ezech.

349.

Ib. Pag.1326 B 2 Si -- sic contemplatio attolleret, vt tentatio funditus deesset, *in superbia* animus caderet. Et si sic tentatio premeret, vt contemplatio non leuaret, *pœnè* in *culpa* laberetur.

Legendum vtiq; ex Mss. in superbiam, *& pro* pœne in culpam *laberetur*, *plene (*vel vt* † *alij codices habent* plane) *in culpam laberetur.* * Mss. a. b. † Ms. c. d.

350.

Ib. Pag. 1326. D. 1. In hortis S. Ecclesia , in hortis vnaquæque anima habitat, quæ *etiam* viriditate spei est, & bonorum operum repleta.

Lege ex antiquis Codicibus, quæ iam *viriditate spei est , & bonorum operum* charitate *repleta.* Mss. a. b. c. d.

351.

Ib. pag. 1328. E 11. Designat Angelus *Domini*, & Iacob qui cum Angelo contendit, vniuscuiusque perfecti viri, & in contemplatione positi animam.

Scribas, Designat Angelus Deum, *& Iacob - perfecti viri -- animam* exprimit, *ex Mss.* Mss. a. b. c. d.

352.

Ib. Pag. 1329. B. 7. *Contemplatiua* -- *vita* amabilis valde dulcedo est quæ super semetipsam animam rapit, cœlestia *aperit*, terrena autem debere esse contemptui ostendit & spiritalia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit.

Mss. a. b. c. d. *Legas ex Mss.* Contemplatiuæ -- vitæ *amabilis valdè dulcedo est* -- *cœlestia* appetit, *&c.*

353.

Ib. Pag. 1329. E. 6. Cum -- quies contemplatiuæ vitæ agitur in mente, silentium fit in cœlo: quia terrenorum actuum strepitus quiescit à cogitatione, *vt* ad secretum intimum *auris animum apponat.*

Mss. a. b. c. d. *Legas ex Mss. quia* cum *terrenorum* -- *ad secretum* intimum aurem animus apponit.

Hom. 15. in Ezech.

354.

Ib. Pag. 1331. D. 6. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquæque virtus, quasi quibusdam gradibus *agitur*, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. *Aliud* namque sunt virtutis exordia, aliud *perfectus*, aliud *prefectio.*

Mss. a. b. c. *Legendum ex Mss. pro* agitur, augetur *&*, alia -- *sunt virtutis exordia, aliud* prouectus *aliud* perfectio. Prouectus *legitur etiam apud Gillotium, vt &* perfectio *pro* prefectio.

355.

Ib. Pag. 1333. E. 6. Quia *vi amoris intimi* ardere ad cœleste desiderium nesciunt, quasi adhuc deuincti corporeis sensibus tenentur, quia per eorum ducatum qui visionem Dei perfectè diligunt, & ipsi ad *perfectum* mentis diriguntur.

Mss. a. b. c. *Desunt nonnulla restituenda ex Mss. deuincti corporeis sensibus tenentur:* isti itaque thalami non sunt, sed inter thalamos continentur, *quia per eorum ducatum, &c. pro vi amoris intimi, lege,* amore intimo, *vt* * *quidam Codices habent; vel vt alij,* † *amoris intimi facibus.*

* Mss. a. b.

† Ms. c.

356.

Ib. Pag. 1334. C. 6. Est -- cum columnis argenteis reclinatorium aureum: quia per hoc, quod à sanctis prædicatoribus lucidè dicitur, mentes audientium, fulgorem *charitatis* intimæ, in qua reclinentur, inueniunt.

Mss. a b. c. *Legas ex Mss. fulgorem* claritatis.

357.

Ib. Pag. 1336. A. 10. Quod ergo illic per paxillos & columnas, hoc hic per limen exterius designatur.

Mss. a. b. c. *Adde,* & limen interius *designatur, ex antiquis Codicibus.*

Ib.

358.

Ib. Pag. 1336. E. 5. Torpere quisque appetit, & laborem subire pro Domino etiam, cum prævalet refugit. In collo ergo Ecclesiæ, &c.

Mss. Cod. aliter interpungunt, & legunt hoc pacto. Torpere quisque appetit, & laborem subire pro Domino etiam, cum prævalet, refugit? Audiat quod illic scriptum est: Qui mecum non colligit, spargit. *In collo, &c.* Mss. a. b. c.

359.

Ib. Pag. 1337. B. 4. Mansuetudinem atque patientiam obtinere quærimus? Moysen ante oculos deducamus, qui exceptis paruulis ac mulieribus, sexcenta millia armatorum regens, mitis fuisse describitur omnes homines, qui habitabant super faciem orbis terræ.

Adde vocem super, super *omnes homines, quæ sine damno sententiæ abesse non potest; legitur, tum apud Gillotium, tum apud Mss.* Mss. a. b. c.

360.

Ib. Pag. 1338. A. 10. Ibi -cognoscimus quod alius potuit -- vmbra ægros curare, alius per *suam sententiam* infirmantium febribus obuiare.

Legas in Mss. per sua semicinctia. Mss. a. b. c.

Hom 16. in Ezech.

361.

Ib. Pag. 1339. A. 11. In illa verba, Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: modo enim quisquis per flagella corripitur, & correptionibus emendatur in mansuetudine corripitur non in ira. In districto autem illo examine omnis argutio atque correptio ira est.

Adde in furore atque in *ira est, ex Mss.* Mss. a. b. c.

362.

Ib. Pag. 1340. D. 1. Iuxta viam ergò orientalem, tres hinc, & tres inde sunt thalami, quia dum inter veteres & nouos patres Dominus incarnari dignatus est, quasi in medio thalamorum via orientalis apparuit, qui thalami ad veram speciem, ex Trinitatis sunt cognitione decorati.

Legas ex Mss. -- ad veram virtutum *speciem.* Mss. a. b. c.

363.

Ib. Pag. 1340. E. 10. Iob -- in coniugio positus, & curam domus propriæ exercens placuit.

Lege, Deo placuit. Mss. a. b. c.

364.

Ib. Pag. 1341. A. 3. Redemptorem nostrum non iam *desideramus incarnatum,* sed in maiestatis suæ gloria contemplandum.

Duriusculè dictum, Legendum ex Mss. Non iam desiderant incarnandum. Mss. a. b. c.

365.

Ib. pag. 1341. B. 8. Trium vna menſura eſt, quia in retributione vltima, quamuis eadem dignitas omnibus non ſit vna, tamen erit omnibus vita beatitudinis.

Mss. a. b. c. *Locum hunc ita diſtinguas & legas: quamuis eadem dignitas omnibus non ſit, vna tamen erit omnibus vita beatitudinis.*

366.

Ib, Pag.1341.B.11. Qui *in ea* ducti ſunt, quamuis diuerſis horis venerint, vnum denarium perceperunt.

Mss. a. b.c. *Legendum ſine dubio ex Mss. Qui in* vineam ducti ſunt.

367.

Ib. pag.1342. C.6. Omnipotentem Deum, ſanctam videl. Trinitatem cum prophetæ prædicarent, populus, ſolum decalogum tenebat in *fide*, *legem* Trinitatis neſciens.

Mss. a. b. c. *Legas ex Mss perſpicue contrarium, ſolum decalogum tenebat in* lege, fidem *Trinitatis neſciens.*

368.

Ib. Pag.1342. E.10. Sanctis patribus ante legem actiua & contemplatiua vita non *fuit*.

Mss. a. b.c. *Legendum ex Mss. non* defuit.

369.

Ib. Pag.1345. B.8. *Vnde* ergo faciat opus ſuum? alienum opus eius, & vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo: quia incarnatus Deus vt nos ad ſuam iuſtitiam colligeret, dignatus eſt pro nobis tanquam peccator homo vapulare.

Mss. a. b. c. *Locus aliter interpungendus.* Vt *ergo faciat opus ſuum, alienum opus eius, & vt &c.*

Hom. 17. in Ezech.

370.

Ib. pag.1346. A.9. Saluator -- noſter aſellum ſedens, Hieruſalem tendit, quando vniuſcuiuſque fidelis *anima*, regens videlicet iumentum ſuum, ad pacis intimæ viſionem ducit.

Mss. a. b. c. *Legas longè aliter ex Mss. -- quando vniuſcuiuſq; fidelis* animam *regens, videlicet iumentum ſuum, ad pacis intimam viſionem ducit.*

371.

Ib. Pag 1346 C.10. Sæpe iam diximus portam fidem, & per eandem fidem ipſum *Dominum*, ac Redemptorem noſtrum mediatorem Dei, & hominum Ieſum Chriſtum poſſe ſignari, quia per fidem quæ in eo eſt, introitus ad *fidem patet*.

Mss. a. b. c. *Legas ex Mss. pro* Dominum, Creatorem: *& pro* fidem, *ſubijcias*, vitam.

372.

Ib. Pag.1346. D.7. Habet quoque & porta tectum, quia ſcriptura,

ptura, tota quidem propter nos ſcripta eſt, ſed non tota intelligitur à nobis. Multa quippe in illa ita *aperta* ſunt vt paſcant paruulos, quædã verò obſcurioribus ſententiis, vt exerceant fortes, quatenus cum labore intellecta, plus grata ſint.

Legendum ex Mss. quia Scriptura ſacra *tota &c. & deinde multa in illa ita* apertè ſcripta *ſunt, vt paſcant paruulos: quædam verò* ita *obſcurioribus ſententiis* velantur, *vt exerceant fortes.* Mss. a. b. c.

373.

Ib. Pag. 1347. A. 11. Quinque -- carnis ſenſibus præditi ſumus, videlicet viſu, guſtu, olfactu, auditu, atque tactu. *Iiſdem* verò quinarius numerus per ſemetipſum multiplicatus, ad viceſimum & quintum numerum ſurgit.

Legatur Idem *ex Mss. vel* Iſdem, *vt habet Gillotius.* Mss a. b. c.

374.

Ib. Pag. 1347. D. 11. In quorundam -- ore charitas ficta eſt, in quorundam cordibus vera. Et ſæpe de charitate oſtenditur quod non eſt, & demonſtratur quod eſt.

Legas cum Mss. -- Sæpe de charitate oſtenditur quod non eſt, & non *demonſtratur quod eſt.* Mss. a. b. c.

375.

Ib. Pag. 1348. A. 1. Latitudo viginti & quinque cubitorum à thalamo ad portam tenditur: quia charitatem quam ſemel in Deo & proximo concepimus, vſque ad ingreſſum regni debemus omne quod poſſumus, multipliciter atque inceſſanter operari.

Addatur neceſſario præpoſitiuncula per *ex Mss. & legatur, quia* per *charitatem, &c.* Mss. a. b. c.

376.

Ib. Pag. 1348. A. 8. Debemus -- proximos ſicut *ſemetipſos* diligere, eorum bona noſtra credere, eorum mala quaſi propria deflere.

Pro ſemetipſos, *proculdubio legendum,* noſmetipſos *ex Mss.* Mss. a. b. c.

377.

Ib. Pag. 1349. A. 5. Anima -- etſi per naturam ſibimetipſi diuerſa non eſt, per cogitationem tamen diuerſa eſt. Eo enim momento *iſte* quo de viſu cogitat, de auditu cogitare obliuiſcitur: & eo memento *iſte* quo de auditu, vel guſtu cogitat, de odoratu, vel tactu cogitare non præualet: quia per *contentionem*, & obliuionem fit ſemper ſibimetipſi diſſimilis, vt nunc hoc, nunc illud cogitatione teneat.

Legas, eo momento & ictu, *quo de viſu &c. & ſequente linea* eo momento *&* ictu *quo de auditu -- quia per* intentionem: *ita Mss. Codices.* Mss. a. b. c.

378.

Ib. Pag. 1349. A. 10. Omnipotens Deus, *qui* ſibimetipſi diſſimilis non eſt, in virtute videt *omnia, quæ* audit omnia: & ea virtute *iudicat omnia, quæ creauit omnia.*

Mss. a. b. c. *Legendum ex Mss. omnipotens* autem *Deus*, quia *sibimetipsi dissimilis non est*, ea *virtute videt* omnia qua *audit omnia*, *ea virtute* creat, qua iudicat creata.

379.

Ib. Pag. 1349. C. 7. Ipse est interior & exterior: inferior & superior: regendo superior, portando inferior, replendo interior, circumdando exterior. Sicque est intus, vt *portet*, sic circumdat vt penetret, sic præsidet vt portet, sic portat vt præsideat.

Mss. a. b. c. *Lege ex membranis*: *Sicque est intus vt* extra sit: *sic circumdat &c.*

380.

Ib. Pag. 1350. C. 5. Ipsa -- angusta porta amantibus lata fit, ipsæ viæ duræ *specialiter* currentibus molles & planæ fiunt.

Mss. a. b. c. *Lege* spiritaliter *ex Mss.*

Hom. 18. in Ezech.

381.

Ib. Pag. 1354. D. 1. Habet -- pauimentum in circuitu gazophylacia, quia *vita* audientium erudit quotidie & custodit *linguam* doctorum.

Mss. a. b. c. *Longe aliter habetur in scriptis Codicibus: quia* vitam *audientium erudit quotidie & custodit* lingua *doctorum.*

382.

Ib. Pag. 1355. B. 1. Secundum longitudinem portarum pauimentum erat inferius: quia quantum tenere locus portarum poterat, tantum *tenebatur*, & pauimentum quod erat inferius.

Mss. a. b. c. *Lege* tendebatur *ex Mss.*

383.

Ib. Pag 1356. C. 3. Cum vox ista de cœlo venit, Petrus Apostolus cum Domino stetit.

Mss. a. b. c. *Lege ex Mss. Petrus Apostolus* in monte *cum Domino stetit.*

384.

Ib. Pag 1357. A. 2. Quare hoc postmodum longe positus scribit? Ne omnimodo discipuli incorrecti remanerent, & quales magistro in tenacia fuerant, aliis quoque fratribus tales *non* essent.

Mss. a. b. c. *Dempta particula negatiua, legatur ex Mss. tales essent.*

385.

Ib. Pag. 1357. E. 8. Priores -- patres coniugiis vtebantur, filios procreabant, substantias possidebant, curis rei familiaris intendebant. Istos autem prophetiæ iam spiritu *prauidens* substantias deserere, nihil in terra quærere, nihil possidere, non eos *vel homines per terram* ambulantes, sed nubes volantes *nominat: volant* enim qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa nil appetunt.

Mss. a. b. c. *Legunt Mss. hoc modo: Istos prophetiæ iam spiritu* videntes, *substantias deserere*, coniugia non appetere, filios non procreare, *nihil in terra*

possi-

poßidere, non eos per terram velut homines *ambulantes, sed* vt *nubes volantes* nominant. *Volant etenim* quia mente ea quæ sunt cœlestia contemplantur, *qui terram quasi non tangunt &c.*

386.

Ib. Pag. 1358. E. 8. Redemptor noster, cum per nos facta hominum, vel approbat, vel iudicat non intrinsecus metitur. Mss. a. b. c.

Non intrinsecus (adde ex Mss.) sed extrinsecus *metitur.*

Hom. 19. *in Ezech.*

387.

Ib. Pag. 1363. B. 10. Ea -- habere dicitur porta ad Aquilonem, quia & conuersi peccatores sic ditantur virtutibus, sicut illi sunt diuites, qui cadere in *peccati pœnitentiam* vitauerunt.

Legendum ex Mss. Ea -- habere dicitur porta ad Aquilonem, quæ habet porta ad orientem, *quia & conuersi &c. -- qui cadere* in peccatum *vitauerunt.* Mss. a. b. c.

388.

Ib. Pag. 1363. E. 6. -- Peccata -- quæ feriri gehennæ ignibus possunt, disciplinæ verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcit, ad æternum supplicium pertrahit. Vt ergo vera & ordinata sit pietas, ad gradum est alium subleuanda, id est, ad scientiam: vt sciat, vel quid ex *misericordia* puniat, vel quid ex *pietate* dimittat.

Lege inuerso ordine -- vt sciat, vel quid ex iudicio *puniat, vel quid ex* misericordia *dimittat.* Mss. a. b. c.

389.

Ib. Pag. 1364. C. 6. Neque poterat [Cornelius] bona agere, nisi ante credidisset. Scriptum namque est: sine fide impossibile placere Deo. Fidem ergò habuit, cuius *operationes* & eleemosynæ placere potuerunt.

Scribendum ex Mss. cuius orationes *& eleemosynæ placere* deo *potuerunt.* Mss. a. b. c.

390.

Ib. Pag. 1365. A. 3. Mensuretur -- atrium interius, quod à portis exterioribus vsque ad portam interiorem tenditur centum cubitis: vt qui intrare amando cœpit, latitudinem perfectionis habeat in mente, quatenus in eo quem diligit: hunc nec aduersa *coangustant*, sed transitoria cuncta despiciens, quousque ad gaudia secreta perueniat, per atrium perfectionis currat.

-- *Hunc nec aduersa* coangustent, *nec* prospera eleuent, *sed transitoria &c. Ita Mss. omnes.* Mss. a. b. c.

391.

Ib. Pag. 1365. D. 10. Hi -- cum à portis exterioribus vsque ad interiorem portam per boni studij atrium *deferuntur*, hoc ipsum in eis atriũ

centum cubitis mensuratur, quia *dilectione & exercitio* in sancta quotidie *perfectione* proficiunt. Per quotidiana *enim* desideria in mente *perfici*, quasi centum *est* cubitis interius atrium *mensurari.* Idcirco ergò à portis vsque ad portam centum sunt cubiti, vt quasi quædam *moræ: vnde fit* ipsa dilatio viuendi, per quam quotidie in virtutibus crescitur, vt ad interiorem aditum perfectius perueniatur.

Locus malè acceptus à Typographo Rom. vel potius corruptus à sciolis. Sic e-
Mss. a. b. c. *nim membranæ: - per boni studij atrium* differuntur -- *quia* dilatione & exercitatione *sancta, quotidie* ad perfectionem *proficiunt.* Et dum *per quotidiana desideria in mente* proficiunt, *quasi centum cubitis interius atrium mensuratur. Idcirco ergo -- vt quasi quædam* mora *eundi sit ipsa dilatio viuendi, &c. Rectè & verè.*

392.

Ib. Pag. 1366. A. 9. Quæri potest, cum quatuor huius mundi partes sint, cur in hoc ædificio, *hæ exteriores* non quatuor, sed tres portæ esse memorantur.

Mss. a. b. c. *Lege, Cur in hoc ædificio* exterioris atrij *non quatuor, &c. Ita enim Mss.*

393.

Ib. Pag. 1366. B. 4. Porta ad Aquilonem spes, quia vnusquisque in peccatis positus si de venia desperauerit funditus *perit.*

Mss. a. b. c. *Lege ex Mss.* misericordiam *funditus perdit.*

394.

Ib. Pag. 1367. D. 11. Sæpe quod auaritia ex appetitu suggerit, necessitatem putat. Et cum minora sufficiant, dolet maiora deesse, atque incautus animus quandam quasi necessitatem patitur quam parit. Et cum *minima* sunt quæ desiderat, suam sibi auaritiam aliquo modo excusat.

Mss. a. b. c. *Lege pro* minima, nimia *ex Mss. quod verbum inuenitur in exemplaribus Gallicanis Mss.*

395.

Ib. Pag. 1368. A. 6. Caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in malum. Si igitur ei plusquam debemus, tribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitati eius, quæ debemus, *nos* reddimus, ciuem necamus. Satianda itaque est caro, sed ad hoc vsque, vt in bono nobis opere famulari sufficiat.

Mss. a. b. c. *Elegans & facetè dictum, sed deprauatè hactenus editum: subijcias ita negationem ex Mss. & pro,* nos *reddimus, lege,* non *reddimus.*

Hom. 20. *in Ezech.*

396.

Ib. Pag. 1371. A. 8. Cum iam omnia dimitti præcipiunt, cum nihil in hoc mundo diligi admonent, nil per affectum teneri, *vim* con-

contemplationis cælestis patriæ intendi, atque in eius suadent mysteriis delectari, gradum addunt, & ad interiora traiiciunt.

Lege ex Mss. Cum contemplationi *&c.* Mss. a. b. c.

397.

Ib. Pag. 1371. C. 8. Ibi -- locum iam carnis propagatio non tenet, vbi resurgens caro perseuerantiam æternitatis habet. Per hoc *verbum* mater virgo descendit, quæ Deum in vtero sine virilis carnis admixtione concepit, qui primus nobis æternæ patriæ gloriam in sua resurrectione monstrauit.

Caue legas verbum, *agitur enim de membro per quod carnalis propagatio generatur: scribas itaque, idque ex Mss. Per hoc* membrum *mater virgo descendit.* Mss. a b. c.

398.

Ib. Pag. 1372. B. 11. Arbusta æstiuis temporibus plena foliis & *frugibus* videmus.

Pro frugibus *legas ex Mss.* fructibus, *rectius, vt opinor, plena foliis* floribus ac fructibus. Mss. a. b. c. d.

399.

Ib. Pag. 1374. A. 8. Ante Synagogam gentilitas fuit. Nam & *vir* ipse à quo Hebræi appellati sunt, ex gentibus est electus.

Legatur ex Mss. Nam & Heber *ipse &c.* Mss. a. b. c.

400.

Ib. Pag. 1374. B. 1. Dicatur narratione subsequenti porta Austri, Orientis & Aquilonis: quia Redemptor noster in humana natura inter Iudæam & Gentilitatem nasci dignatus est: *quia* & in *fide* Synagogæ venit, & ante initium Ecclesiæ, quam ex gentibus collegit.

Lege Qui *& in* fine *Synagogæ. Ita Mss.* Mss. a. b. c.

401.

Ib. Pag. 1376. A. 8. *Ostendit D. Greg. quid sit* lauare holocaustum in ostio portarum. Nos itaque inter hæc ad vitam præteritam mentis oculos reducamus, reminiscamur *qui* fuimus, cum mundi huius concupiscentias sequeremur. Et si iam Domino toto corde seruimus: quia nos peccasse meminimus, *defluamus* in fletibus, lauemus holocaustum.

Elegantius sine dubio Mss. -- Reminiscamur quid *fuimus -- quia nos peccasse meminimus,* defleamus, *in fletibus lauemus holocaustum.* Mss. a. b. c.

Hom. 21. in Ezech.

402.

Ib. Pag. 1377. D. 3. Adhuc ad latus exterius, quod ascen-

dit ad ostium portæ, quæ *pertingit* ad Aquilonem, duæ mensæ esse memorantur.

Mss. a. b. c. d. *Pro* pertingit, *lege* pergit: *vel ex ipso contextu quem producunt in principio huius homiliæ. Corrige hunc errorem bis vel ter in hac homilia.*

403.

Ib. Pag. 1378. D. 5. Hoc -- inter peccatum & delictum distat, quod peccatum est mala facere, delictum verò est bona derelinquere: quæ summopere sunt *tenenda.*

Mss. a. b. c. *Quæ [duo scilicet] summopere sunt* cauenda *ita vetera exemplaria.*

404.

Ib. Pag. 1380. B. 5. Quæ -- mensæ habuerunt sacrificium, quod iuxta solam literam tenuerunt: vnde & ad torporem frigoris lapsi sunt, quia flamma spiritus succensi non sunt. Interiores autem mensæ holocaustum *non* habent, quia siue in cordibus Apostolorum, atque prophetarum, seu in mente Euangelistarum atque doctorum, ignis spiritus & arsit, & ardet.

Mss. a. b. c. d. *Lege ex Mss. holocaustum habent.*

405.

Ib. Pag. 1380. C. 3. Verba -- Scripturæ sacræ lapides quadri sunt, *qui* vbique stant: *quia* ex nullo latere reprehensibilia inueniuntur. Nam in omne quod præteritum narrant, in omne quod venturum annunciant, in omne quod *mortaliter* prædicant, in omne quod spiritaliter sonant, quasi in diuerso latere statum habent: quia reprehensionem non habent.

Mss. a. c. d. *Lege in superiori periodo:* quia *vbique stant* quæ *&c. & in sequenti, pro* mortaliter, *scribas* moraliter *ex Mss.*

406.

Ib. Pag. 1380. E. 1. Sancti patres atque doctores, qui se longanimiter ad secreta spei intimæ extendunt, per hoc quod in virtutibus viuunt, quantum ad humanam quidem mensuram pertinet, valdè perfecti sunt: quantum verò ad diuina mysteria, quæ plenè ab homine capi non possunt, quamdiu in hac mortali carne subsistit, *perfecti non sunt.*

Mss. c. d. *Legas, suffragantibus Mss.* perfecti esse non possunt.

407.

Ib. Pag. 1381. B. 1. Mensura amoris minor est, vbi adhuc mensura minor est cognitionis: Super vnum ergo cubitum habent & dimidium: quia hoc eis iam in *amore* integrum est, quod valde minus *est in charitate* cum proximo, atque illud quod eis valde maius est, *adhuc in amore Dei* quem non vident, integrum non est.

Locus malè acceptus: legas ex membranis: -- hoc eis iam in animo *integrum est, quod valdè minus est,* id est charitas *cum proximo, atque illud quod* in *eis valde maius est,* id est amor Dei *quem non vident &c.*

408.

Ib. Pag. 1381. D. 11. Holocaustum -- sicut & superius diximus, victima

ctima est, non tamen victima holocaustum.

Scribas ex Mss. non tamen victima semper *holocaustum.*

409.

Ib Pag. 1383. A. 6. Malus doctor qui non vult operari quæ dicit. -- Habet -- gladium, sed hunc in bello non adiuuat; quia cum aduersitas tentationis eruperit, verbi obliuiscitur quod *dicebat.* Ecce enim de patientia forsitan sermo doctori est, doctrinæ suæ magisterio *docere* cogitur qualiter contra illata damna, contra auditas contumelias patientia seruetur. Sed cum ipse vel damno, vel contumelia fuerit lacessitus, oblitus quod docuerit, vel in læsione proximi, vel in reddendo grauius contumeliam excedit.

Lege ex vetustis Codicibus -- verbi obliuiscitur quod docebat -- *& paulo post,* -- *doctrinæ suæ magisterio* dicere *cogitur.*

410.

Ib. Pag. 1384. C.8. *Super* eos lora dependere, est custodiæ vincula subditis tenere.

Lege ex Mss. Subter eos -- *&* in *subditis.*

411.

Ib. Pag. 1384. E. 7. Inter hæc [agitur de fratribus Ioseph,] ducuntur ad carcerem, & post triduum, adhuc in eadem asperitate terrentur.

Lege post triduum educti *ex Mss.*

412.

Ib. Pag. 1385. A. 1. In prosecutione eiusdem historiæ. Posthæc vnus religatur in vinculis, dimittuntur cæteri cum frumentis, vt vnus frater veniat.

Legendum, ex Mss. & iubet *vt vnus frater veniat.*

413.

Ib. Pag. 1385. A. 5. Paulo post -- Mittitur, vt reducantur *addicti* in seruitutem, decernitur, apud quem scyphus fuisset inuentus.

Longe alia est interpunctio ac lectio in vetustis exemplaribus. Mittitur vt reducantur, addici *in seruitutem decernitur, &c.*

414.

Ib. Pag. 1385. B. 1. Detersa est ira, quæ apparebat, & non erat ostensa misericordia quæ erat, & non apparebat.

Sic interpungas hunc locum ex Mss. exemplarium fide Detersa enim ira, quæ apparebat, & non erat; ostensa misericordia quæ erat, & non apparebat: ita Gillotius.

Hom. 22. in Ezech.

415.

Ib. Pag. 1387. A. 10. Nobis - vt se aspirante Domino intellectus aperiat, ipsa prius narratio iuxta literam patefiat.

Legendum ex membranis intellectus interior *aperiat.*

416.

Ib. Pag. 1387. D. 4. Quo modo possumus extra portam interiorem atrium, gazophylacia, cantores, sacerdotes, templum, altare, sacrificia dicere, si per eandem *prophetiam interior* hoc loco sancta Ecclesia designatur.

Scribas ex Mss si per eandem portam interiorem *hoc loco &c.*

417.

Ib. Pag 1388. C. 11. Quis ita iustus est, vt eius sibi æternum iudicium ante mentis oculos reuocet, & non contremiscat: *An* potius venire ad illud examen tanti iudicis præsumat, festinet, & gaudeat? Quisquis ille est, magnus est: quia iam misericordiam Domini & iudicium cantat. Cantat quippe iudicium, ad quod intrare non trepidat.

Lege ex Mss. pro An *potius* -- Ac *potius* -- *& paulo post* -- *misericordiam Domini & iudicium* cantat. *Cantat: restitue quæ desunt misericordiam Domini & iudicium*, cantando omnipotentem Deum, qui eius peccata misericorditer relaxat, toto mentis affectu diligit, ac propterea eius iudicium non pertimescit. Charitas namque perfecta, (vt ait Apostolus) foras mittit timorem. *Cantat, quippe iudicium &c.*

418.

Ib. Pag. 1389. A. 9. Ex sancta charitate feruentes calor nos amoris liberet à culpa *teporis* & frigoris.

Legas torporis *ex Mss.*

419.

Ib. Pag 1390. B. 6. In illa verba [Altare erat ante faciem templi.] Apertè ostenditur illos esse maioris ordinis sacerdotes, qui in custodiis templi excubant, quia profecto in altari quod est interius ministrant. Hi autem qui ad altare quod *intra* faciem templi est excubant, tanto inferiores sunt, quanto exterioribus ministrant.

Legendum necessariò quod ante *faciem templi* -- *& paulò post, quanto* in *exterioribus ministrant. ita Mss.*

420.

Ib. Pag 1392. C. 3. Metiantur -- fidelis populi virtutes in quadrum: quia vnusquisque qui in *hoc* vitæ exercitio versatur, tantum credit, quantum sperat & amat, & *tantum* operatur, quantum credit, amat, & sperat.

Legendum ex Mss. qui in actiuæ *vitæ exercitio versatur, tantum credit, quantum sperat, & amat, & operatur:* tantum sperat, quantum credit, operatur, & amat: Tantum amat, quantum credit, sperat & operatur: tantum operatur, *quantum credit, amat, & sperat, &c.*

421.

Ib. Pag. 1392. D. 5. Magna est temperantia, sed si minus intelligit vnde se temperat, si aduersa sustinere per fortitudinem minus valet, atque in timore animum deiicit, si per *præceptionem* suam, aliquando ad *iustitiæ* opera prorumpit, minus est temperans.

Locus

Locus fœdis erroribus corruptus: ita Mss -- *si per* præcipitationem *suam, aliquando, ad* iniustitiæ *opera prorumpit &c. Quicquamne dici potuit magis dissimile, aut contrarium?*

422.

Ib. Pag. 1392. E. 2. Mensuretur -- perfectorum fidelium vita per quadrum -- quia vnusquisque tantum prudens est, quantum temperans: & iustus tantum, quantum prudens, temperans, & fortis fuerit.

Desunt nonnulla, ad iustum quadrum constituendum, reponenda ex membranis: vnusquisque tantum prudens est, quantum temperans, fortis, & iustus: tantum temperans, quantum prudens, fortis, & iustus: tantum fortis, quantum prudens, temperans, & iustus: *tantum iustus, quantum prudens, temperans, & fortis fuerit.*

HOMILIA PRIMA
IN EVANGELIA.

423.



PAG. 2. C. 1. In illa verba [Erunt signa in sole & luna, &c.] Ex quibus profectò omnibus alia iam facta cernimus: alia in proximo ventura formidamus. Nam gentem contra gentem exurgere, earúmque pressuram terris insistere, plus iam in nostris *temporibus* cernimus, quam in codicibus legimus.

Legendum ex Mss. plus iam in nostris tribulationibus *cernimus &c.* Mss. a. b. c. d.

424.

Pag. 3. E. 1. Quanti ad vesperum sani atque incolumes, *auctores* se in crastinum aliquid putabant: & tamen nocte eadem, repentina morte defuncti sunt, in laqueo ruinæ deprehensi?

Lege acturos *ex Mss. & Gillotio.* Mss. a. b. c. d.

Hom. 3. in Euang.

425.

Pag. 7. B. 1. In illa verba [ipse meus frater, & soror, & mater est.] -- Mater eius cùm quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur: quia videlicet Synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur, quia legis obseruationes tenens, spiritalem intellectum per-

Mss. a. b. c. d. didit, & sese ad custodiam literæ foris fixit.

Lege ex Mss. Mater eius cum fratribus *quasi &c.*

426.

Pag. 7. D. 10. Optauit nullum post se relinquere, si quem haberet superstitem, non posset habere consortem.

Mss. a. b. d. Ms. c. nisi quem.

Legendum ex Mss. ne *si quem haberet &c.*

427.

Ib. Pag. 8. B. 2. Nos *iniuriam maledictionis in aurem maledictoris* impingimus: hæc ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque esse quod obsistebat, æstimauit.

Mss. a. b. c. Nos in aura maledictionis impingimur. Ms. d.

Legendum ex membranis Nos in auram maledictionis impingimus. *Acute sane & admodum eleganter auram opponit ferro vt constantiam sanctæ virginis magis magisque illustraret.*

Hom. 7. in Euang.

428.

Pag. 16 B. 6. Qui per matrem in tempore nascitur, *sine matre ante tempora est*, à patre generatus.

Mss. a. b. c. d. *Lege ex Mss.* sine tempore *est à patre generatus.*

429.

Pag. 17. A. 1. Contra superbientem Saul dicitur: Cum tu te paruulum conspiceres, ego te præ cæteris magnum feci.

Desunt nonnulla in impreßis Codicibus - Cum esses paruulus in oculis

Mss. a. b. c. d. tuis caput te constitui in tribubus Israel. Ac si aperte diceretur, *Cum tu te paruulum conspiceres &c. Ita Mss.*

430.

Ib. Pag. 17. A. 4. Quem non extolleret, ora leonum frangere, vrsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reproba-

Mss. a. b. c. d. to rege ad regni *tabernacula*, vngi &c.

Impropriè dicimus regni tabernacula, *lege ex Mss.* gubernacula.

Hom. 13. in Euang.

431.

Pag. 31. B. 1. Qui conuerti à prauitatibus suis in pueritia neglexit,

Mss. a. b. c. d. ad vias saltem in tempore iuuentutis euigilet.

Lege ex Mss. ad vias vitæ *saltem &c.*

Hom. 14. in Euang.

432.

Pag. 32. E. 1. Istæ sunt -- mercedes mercenarij, vt pro eo ipso quod in regimine laborat, hic quod quærit, inueniat, & ab hæreditate *re-*

Mss. a. b. c. d. *gis* in posterum alienus existat.

Lege gregis *ex Mss.*

Hom. 15. in Euang.

433.

Pag. 34. E. 3. Homilia -- habita ad populum in basilica Sancti *Petri.* Mss. a. c. d.

Lege Pauli, *ex Mss.*

434.

Pag.35. A.4.Exponendo -- quod dixit, figuratè se loqui innotuit: quatenus certos *nos* redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. certos vos *redderet.* --

Hom. 16. in Euang.

435.

Pag 38. D. 1. Hostia -- & immolatur, & viua est, quando ab hac vita homo deficit, & tamen se à carnalibus desideriis occidit. Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. quando & *ab hac vita homo* non *deficit & tamen se &c.*

Hom. 17. in Euang.

436.

Pag.41. A 5. [Dignus est operarius mercede sua.] Quia iam de mercede operis, *sicut* ipsa alimenta sustentationis. Mss a. b. c. d.

Lege ex Mss. sunt *ipsa alimenta sustentationis.*

437.

Pag.41.C.4. Vix pro culpa sua quempiam aperta voce reprehendimus. Et adhuc quod est grauius, aliquando si persona in hoc mundo potens sit, eius forsitan errata laudamus, ne si aduersemur, per iracundiam *vnus* subtrahat quod impendebat. Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss munus *subtrahat, quod impendebat.*

438.

Pag. 42. D. 2 .In ornamento -- tabernaculi, bis tinctus coccus offerri præcipitur, vt ante Dei oculos, charitas nostra, Dei & proximi amore *coleretur.* Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. coloretur, *eleganter & piè.*

439.

Pag.42. D.7. Ira -- Sacerdotis nequaquam debet esse præceps & perturbata, sed magis ex consilij grauitate *metuenda.* Mss. a. b.

Lege ex Mss. mitiganda.

440.

Pag.44. A.6. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: quia hi qui per vitam *reprobam* & orationem intus sem-

per esse debuerant, per vitam foris vacant.

Mss. a. b. c. d. *Ridiculè & falsò sic legitur* -- *per vitam* reprobam -- *intus semper esse debuerant* -- *scribas ex Mss. quia hi qui per vitam & orationem intus semper esse debuerant, per vitam* reprobant, *foris vacant.*

Hom. 18. *in Euang.*

441.

Pag. 47. D. 1. Per Paulum dicitur: date locum iræ. Quanta humilitate iram proximi *ferre* debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se declinauit Deus?

Mss. a. b. c. d. *Lege sensu diuerso* -- *iram proximi* fugere *debeat.* -- *Hoc loquitur D. Greg. vt exemplo Christi nos etiam cum resistere possumus iram superbientium humiliter declinemus.*

Hom. 19. *in Euang.*

442.

Pag. 50. E. 4. Cum habitu sæculari viuebat in monasterio, verbis leuis, nutibus instabilis, mente tumidus, *veste incompositus*, actione dissipatus.

Mss. a b. c. d. *Lege* compositus *multo elegantius ex Mss.*

Hom. 20. *in Euang.*

443.

Pag. 56 A. 11. Ad hoc -- cedrus in Ecclesia ponitur, vt quisquis à proximo odorem virtutum spiritalium trahit, ipse quoque *in terrenæ* vitæ *dilectione* non torpeat, sed ad bonorum cœlestium desideria ignescat.

Mss. B. C. d. *Ipse quoque* internæ *vitæ Ms. B. C. vel, ipse quoque* ab internæ *Ms. A.*

Hom. 21. *in Euang.*

444.

Pag. 58. A. 8. Quid -- per sinistram, nisi *via* præsens, quid per dexteram nisi perpetua vita designatur?

Mss. a. b. c. d. *Lege* vita *præsens ex Mss.*

445.

Pag. 58. E. 3. Prius eum [scilicet Petrum] ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, *quem* misericorditer aliena infirma toleraret.

Mss. a. b. c. d. *Lege* quàm *misericorditer ex Mss.*

Hom.

Hom. 22. in Euang.

446.

Pag. 61. B. 6. Bene -- additur: *in vnum locutum*, qui in scissura mentium Deus non est. Deus quippe in vnitate est, & illi eius habere gratiam merentur, qui se ab inuicem per sectarum scandala non diuidunt. * Mss. a. b. d.

Lege, * in vnum locum *vel* † in vno loco. † Ms. c.

447.

Pag 63. D. 5. Renes vestros accingetis.] Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat dicens: vre renes meos. Si enim *voluptate* libidinis in renibus esse nesciret eos *vti* minimè petisset. Mss. a. b. c. d.

Lege, voluptatem *&* vri *ex Mss.*

Hom. 24. in Euang.

448.

Pag. 68. B. 4. Piscem comedit, & panem. Qui enim *assa* vt piscis potuit ex humanitate, pane nos reficit ex diuinitate, qui ait: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Mss. a. b. c. d.

Lege pro assa, assari *ex Mss.*

Hom. 25. in Euang.

449.

Pag. 73. D. 1. Iuxta primi pastoris vocem, sicut modo geniti infantes, lac concupiscite. Redite ergo paruuli filij ad sinum matris vestræ æternæ sapientiæ, *fugite* larga vbera pietatis Dei, transacta plangite, imminentia vitate. Mss. a. b. c. d.

Legendum proculdubio sugite, *pro* fugite, *ex Mss.*

Hom. 27. in Euang.

450.

Pag. 79. C. 10. Per calicem -- pertingitur ad maiestatem. Si mens vestra appetit, quod demulcet, prius bibite quod dolet. Sic sic, per amarum poculum *confeßionis* peruenitur ad gaudium salutis.

Lege confectionis: *nam de confeßione ne gry quidem in tota hac homilia.* Mss. a. b. c. d.

451.

Pag. 79. E. 8. Ne putes quod *sic* magni, forsitan pauci sunt, subiunxit: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.] Mss. a. b. c.

Lege ex Mss. ne putes quod si magni forsitan pauci sunt.

Hom. 28. in Euang.

452.

Pag 82. E.2. Notate fratres, notate quod dicitur: si enim quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum, cordis nostri cogitatio tanto apud Deum in *animo* est, quanto hominibus in alto.

Mss. a. b. c. d.

Lege ex membranis tanto apud Deum in imo *est.*

Hom. 29. in Euang.

453.

Pag. 85. D. 8. Henoch translatus, Helias verò ad cælum subuectus esse memoratur: vt veniret postmodum qui nec translatus, subuectus, cœlum æthereum sua virtute penetraret.

Mss. a. b. c. d.

Lege, nec translatus, nec *subuectus ex Mss.*

Hom. 30. in Euang.

454.

Pag. 87. E. 10. Rectè si domum *nostram* quisquam diues, aut præpotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. *Tegat* ergo sordes praui operis, qui Deo præparat domum mentis.

Mss. a. b. c. d.

Legendum ex Mss. pro nostram, vestram: *& pro* tegat, tergat.

455.

Pag 89. A. 11. Terra -- vocata sunt corda terrena, quæ dum semper *infirmas* in se cogitationes congerunt, à malignis spiritibus conculcantur.

Mss. a. b. c. d.

Lege infimas *ex Mss.*

Hom. 33. in Euang.

456.

Pag. 101. A 5. [Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos.] Aqua quippe extra nos est, lachrymarum humor intra nos: quia videlicet infidelis ille populus, nec ea quæ *intra* se erant, vmquam pro Domino tribuit, conuersa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiam dedit, sed etiam sanguinem fudit.

Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. nec ea quæ extra *se erant &c.*

Hom. 34. in Euang.

457.

Pag. 109. E. 2. *Quod negans* Abbas *compulsit* eum dicere quid vidisset.

Lege

Lege ex Mss. Quo negante Abbas compulſus eſt *dicere &c.* Mss a. b. c. d.

Hom. 36. in Euang.

458.

Pag. 116. C. 9. Notandum eſt quomodo deſcribantur qui ad cœnam vocantur & veniunt. Pauperes & debiles dicuntur, qui iudicio ſuo apud ſemetipſos infirmi ſunt.

Lege ex Mss. vocantur & veniunt pauperes & debiles. Debiles *dicuntur qui &c.* Mss a. b. c. d.

Hom. 38. in Euang.

459.

Pag. 125. C. 4. Qui ergo per tauros, niſi Patres Teſtamenti veteris ſignificantur? Nam dum ex *promiſsione* legis acceperant, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent, vt ita dicam, quid aliud quam tauri erant, qui inimicos ſuos virtutis corporeæ cornu feriebant?

Lege, ex permiſſione *legis acceperant. ita Mss. Codices.* Mss. a. b. c. d.

Hom. 39. in Euang.

460.

Pag. 128. A. 1. Vt -- charitas veſtra bis tinctus coccus eſſe valeat, & ad amorem ſe Dei & ad amorem proximi *accendant*, quatenus nec ex compaſſione proximi contemplationem relinquat Dei, nec pluſquam debet inhærens contemplationi Dei compaſſionem abiiciat proximi.

Lege pro accendant, accendat *numero ſingulari ita Mss.* Mss. a. b. c. d.

461.

Pag. 128. D. 1. Inter hæc ſciendum eſt, quia quiſquis hanc veſtem virtutis habet, ſed tamen adhuc perfectè non habet, ad pij regis ingreſſum deſperare de venia non debet: quia ipſe quoque ſpem nobis per Pſalmiſtam tribuens dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: Sed quia pauca hæc in conſolatione *labentis* & infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omnimodo non habet, verba vertamus.

Lege ex Mss. in conſolatione habentis *& infirmantis diximus.* Mss. a. b. c. d.

462.

Pag. 129. A. 3. Nonnulli - bona nec incipiunt, nonnulli verò, in bonis quæ incœperunt, minimè perſiſtunt. Alter *plene* totam vitam ducere in prauitate conſpicitur, ſed iuxta finem vitæ à prauitate ſua per diſtrictæ pœnitentiæ lamenta reuocatur. Mss. a. b. c.

Lege pœnè *ex Mss.*

463.

Pag. 130. A. 7. Ante biennium frater quidam in monasterium meum -- gratia conuersationis venit: qui diu regulariter protractus, quandoque *suspectus* est.

Mss. a. b. c. d. *Lege* susceptus *est, ex Mss.*

464.

Pag. 130. B. 8. In hac -- pestilentia quæ nuper huius *verbis* populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, est perductus ad mortem.

Mss. a. b. c. d. *Legas* vrbis, *pro* verbis, *ex Mss.*

Hom. 40. *in Euang.*

465.

Pag. 138. C. 7. Vt probaretur amplius (loquitur de Lazaro & Diuite epulone) simul hunc & paupertas & ægritudo tabefecit. Atque insuper *viuebat* procedentem diuitem obsequentibus cuneis circumfulciri, & se infirmitate & inopia à nullo visitari.

Mss. a. b. c. d. *Lege pro* viuebat, videbat. - *& paulò post se* in *infirmitate &c.*

466.

Pag. 139. D. 1. Iustorum animæ quamuis in suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, iam tunc auctoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione *moueamur.*

Mss. a. b. c. d. *Lege* moueantur *ex Mss.*

467.

Pag. 140. D. 9. Omnes [scilicet abiecti & pauperes] venerandi sunt, tantóque te necesse est, vt omnibus te humiliare debeas, quanto quis sit *ipse* ignoras.

Mss. a. c. quis sit proximus Ms. d. *Lege, quanto quis, si sit* Christus *ignoras.*

PASTO-

PASTORALIS CVRÆ PART. I.

468.

PAg. 145. cap. 2. B. 10. Sic Dauid -- factus est in morte *Vriæ* crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminæ fuit eneruiter fluxus. Mss. a. b. c. d. e. f. h. i.

Lege viri *ex Mss.*

469.

Ib. Pag. 148. c. 9. B. 3. *Timens* -- ne non perueniat, trepidat: sed repente perueniens iure sibi hoc debitum ad quod peruenerit, putat. Mss. a. b. c. d. e. f. h.

Lege ex Mss. Tendens -- *ne non perueniat, trepidat &c.*

Pastor. Curæ Part. 2.

470.

Pag. 151. c. 2. A. 6. Necesse est vt esse munda studeat manus quæ diluere aliorum sordes curat: ne tacta quæque deterius inquinet, si sordida *in se mens* lutum tenet. Mss. a. b. c. d. e. i.

Lege ex Mss si sordida insequens *lutum tenet.*

471.

Pag. 151. c. 3 E. 5. Qui cœlesti prædicatione vtitur, *iam* iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur. Mss. a. b. c. d. e. i.

Lege ima *iam &c. ex Mss.*

472.

Pag. 152. c. 3. A. 2. Blandimenta -- mundi respecto intimo terrore despiciat, terrores autem *consideratio* internæ dulcedinis blandimento contemnat. Mss a b. c. d. e. i.

Lege, considerato *ex Mss.*

473.

Pag. 153. c. 4. B. 7. Scriptum est, vt audiatur sonitus quando ingreditur sanctuarium Domini, & non moriatur. Mss. a. b. c. d. e. i.

Lege, quando ingreditur & egreditur *sanctuarium &c. ex Mss.*

474.

Pag. 154. c. 5. E. 8. Quisquis intrare æternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet, & quasi *in bonum* lutere cogitationis vel operis manus lauet. Mss. a. b. c. d. e. f. i.

Luterem 12. boues portabant, vt habetur 3. Reg. 7. 24. itaque corrigatur lectio, & legatur in boum *lutere.*

475.

Pag. 157. c. 7. D. 4. Sæpe -- nonnulli, velut obliti quod fratribus animarum causa prælati sunt, toto cordis adnisu sæcularibus curis inseruiunt: Has, cum adsunt, se agere exultant: ad has etiam cum desunt, diebus ac noctib. cogitationis turbidæ æstibus anhelant. Cúmque ab his, cessante forsitan *opportunitate*, quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur.

Mss. c. d. e. f. *Legendum potius ex Mss cessante forsitan* importunitate, *vel, vt* * *alij habent inopportunitate.*

* Ms. a.

476.

Ib. Pag. 160. c. 8. B. 4. Sciendum -- est quod *non* oportet, vt rectores boni placere hominibus appetant, sed vt suæ æstimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant, non vt se amari desiderent, sed vt dilectionem suam quasi quandam viam faciant, per quam corda audientium ad amorem conditoris sui introducant.

Mss. a. b. c. d. e. f. i. *Lege ex Mss quod oportet vt rectores &c.*

477.

Ib. Pag. 161. c. 10. D. 8. Nonnulla -- sunt leniter arguenda: Nam cum malitia, sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur, profecto necesse est, vt magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur.

Mss. a. b. d. e. f. i. *Lege ex Mss. nam cum* non *malitia, sed sola &c.*

478.

Ib. Pag. 162. c. 10. C. 3 Contra Hierusalem castra erigit, quando rectæ intentioni audientium hostis callidi *incircumspectas*, & quasi incomprehensibiles insidias prædicit.

Mss. a. b. d. e. f. *Lege* circumspectas *ex Mss.*

Pastoralis Curæ Part. 3.

479.

Ib. Pag. 165. in Prologo. C. 7. *De his igitur omnibus à principali sumentes exordium latius ex ordine per singula disseramus.*

Mss. a. b. d. e. f. *Hæc verba desunt in Mss.*

480.

Ib. Pag. 166. Admonitione 3. B. 8. Cum rectam sententiam quasi in alterum protulerint, tunc modis congruentibus de proprio reatu feriendi sunt: vt mens temporali potentia tumida, contra corripientem nequaquam se erigat, quæ suo sibi iudicio superbiæ *crucem* calcat: & in nulla sui defensione se exerceat *quem* sententia proprij oris ligat.

Mss. a. b. d. e. f. *Lege ex Mss. pro* crucem, † ceruicem *& pro* quem, quam.

† Ms. i.

481.

Ib. Pag. 167. Admon. 5. B. 2. Apud extraneum manus defigitur:

tur: quia apud curam sollicitudinis, quæ ante *deerant*, mens ligatur. Mss. a. b. d. e. f i.

Lege ex Mss. deerat.

482.

Ib. Pag. 170. Admon. 10. E. 3. Admonendi sunt patientes, in eo quod exterius portant, interius doleant: ne tantæ virtutis sacrificium, quod integrum foras immolant, intus malitiæ peste corrumpant. Mss a b. c. d. e. f. i.

Lege ex Mss. ne *in eo quod exterius portant interius doleant.*

483.

Ib. Pag. 172. Admon. 11. D. 1. Bene -- dicitur, *via* carnium sanitas cordis: quia si mentis innocentia custoditur, etiamsi qua foris infirma sunt, quandoque roborantur.

Pro via, *lege*, vita *ex Mss accedit quod ita lectum sit in hoc ipso loco in superioribus.* Mss. a. b. c. d. e. f i.

484.

Ib. Pag 173. Admon. 12. A. 1. Nihil -- est ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius. Nam dum *falsitatem* suam tueri *conantur*, duro cor labore fatigatur. Hinc namque scriptum est: labor labiorum *suorum* operiat eos. Qui enim nunc *implet* tunc operiet: quia cuius nunc animum per blandam inquietudinem exerit, tunc per asperam retributionem premit. * Mss. a. b. c. d. e. f i. † Mss. a. c. d. e. f.

Lege ex Mss pro * falsitatem, fallaciam, *pro* † conantur, cogitur: *pro* * suorum, ipsorum: *deniq; pro* † implet, implicat. * Mss a. b. c. d. e. f. † Mss. a. c. e. f. i.

485.

Ib. Pag. 173. Admon. 12. E. 3. Dies igitur Domini vindictæ atque animaduersionis plena super ciuitates munitas & super excelsos angulos venit, quia *ita* extremi iudicij humana corda & defensionibus contra veritatem clausa destruit, & duplicitatibus inuoluta dissoluit. Mss. a. b. c. d. e. f. i.

Lege pro ita, ira *ex familiari Correctorum Rom errore.*

486.

Ib. Pag. 175. Admon. 13. C. 11. Redemptor noster -- vocatione sua nos ab æternis suppliciis liberans, tacitus flagella tolerauit. Mss. a. d. e. f.

Lege ex Mss. aduocatione *sua.*

487.

Ib. Pag. 176. Admon. 14. D. 1. Propheta dicit: Frustra conflauit conflator, malitiæ eorum sunt consumptæ. Hier. 6. 29.

Lege tam ex vulgata, quàm ex Mss. addita negatione, malitiæ eorum non *sunt consumptæ.* Mss. a. b. c. d. e. f. i.

488.

Ib. Pag. 177. Admon. 15. C. 6. Humana -- mens aquæ more, *&* *circumclusa* ad superiora colligitur: quia illud repetit, vnde descendit, & relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. *Quod* enim

super se vacuis verbis à silentij sui censura dissipatur, quasi tot riuis extra seducitur.

Mss. c d. f. i. *Lege, ex Mss. aquæ more* circumclusæ. *Et paulo post* -- Quot *enim* superuacuis *verbis &c.*

489.

Ib. Pag. 177. Admon. 15 E. 2. Aqua profunda verba ex ore *Dei.*

Mss. a. b. c. d. e. f. i. *Lege* viri *ex Mss. quæ lectio habetur in vulgata.*

490.

Ib. Pag. 179. Admon. 17. D. 3. Quod melius ostendimus, si Abner factum ad medium deducamus. Hunc quippe cum Azael *vt* incautæ præcipitationis impeteret, scriptum est.

Mss. a. b. c. d. f. i. *Legatur ex Mss. pro* vt, vi.

491.

Ib. Pag. 179. Admon. 17. E. 11. Qui -- à *furoris* sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt, quasi ferro moriuntur.

Mss. a. b. c. d. e. f. i. *Substituas ex Mss. loco* furoris, feruoris *& pro, quasi ferro moriuntur, lege contrarium quasi* sine *ferro moriuntur.*

492.

Ib. Pag. 183. Admon. 21. E. 6. Ne cum multa necesse sunt, parua largiantur, audiant quod scriptum est. Qui parcè seminat, parcè & metet. Ne cum pauca oportet, plurima præbeant, & ipsi postmodum *nimiè* inopiam tolerantes ad impatientiam erumpant.

Mss. a. b. c. e. *Lege* minime *inopiam &c.*

493.

Ib. Pag. 184. Admon. 21. D. 2. Quousque vos extenditis, qui habere in communi *modo* consortes minimè vultis?

Mss a. b. c. e. f. i. *Lege in communi* mundo *ex Mss.*

494.

Ib. Pag. 195. Admon. 29. A. 5. Admonendi sunt carnis peccata experti, vt vigilanti cura conspiciant, post delicta nobis ad se redeuntibus Deus quanta beneuolentia sinum suæ pietatis *expendat.*

Mss. a. b c. e. i. h. *Lege ex Mss.* expandat.

495.

Ib. Pag 195. Admon. 29. E. 4. Singulariter -- canticum agno cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi *cæteris* canticum dicere possunt, licet dicere nequeant.

Mss. a. b. c. e. i. h. *Lege* cæteri *ex Mss.*

496.

Ib. Pag 197. Admon. 30. B. 7. Nonnunquam -- ita mens baratro tentationis absorbetur, vt nullatenus renitatur, sed ex deliberatione sequitur hoc, vnde ex delectatione pulsatur: & si facultas exterior suppetat, rerum mox *affectibus* interiora vota consummat.

Lege

Lege effectibus *ex Mss.* Mss. a. b. e. h. i.

497.

Ib. Pag.201. Admon 34. B.2. Admonendi sunt qui in minimis frequenter excedunt, vt sollicitè considerent, quia nonnunquam in *praua* deterius, quam in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius quia sit culpa agnoscitur, eo etiam celerius emendatur. Minor verò dum quasi nulla creditur, eo peius quò & securius in vsu retinetur.

Lege, in parua *deterius quam in maiori culpa peccatur, ex Mss. exemplaribus.* Mss. a. b. e. h. i.

498.

Ib. Pag.201. Admon.34. C.1. Qui se à paruis custodiunt -- Dum foris sibi parua subiiciunt, sed per inanem gloriam intus intumescunt, languore superbiæ intrinsecus *vitam*, mentem etiam foris per mala maiora prosternunt.

Lege ex Mss. languore superbiæ intrinsecus victam *mentem, etiam &c.* Mss. a. b e. h. i.

499.

Ib. Pag.202. Admon.35. D.3. In hoc -- mundo humana anima quasi more nauis est, contra ictum fluminis *condescendentis*, vno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur.

Lege ex Mss. conscendentis. Mss. a. b. e. h. i.

500.

Ib. Pag.202. Admon.35. E.7. Vtinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam *emouere* ex ore meo. Apoc.3.15.

Lege te euomere, *ex Mss.* Mss. a. b. e. h. i.

501.

Ib. Pag.202. Admon.35. E.1. Quisquis -- amisso infidelitatis frigore, sed nequaquam tepore superato *exardescit* vt ferueat, proculdubio calore superato, dum noxio in tepore demoratur, agit vt frigescat.

Legendum ex Mss. amisso infidelitatis frigore viuit, *& eadem linea pro,* exardescit, crescit, *vel, excrescit, vt alij Codices.* Mss. a. b e. h. i.

502.

Ib. Pag.203. Admon.36. D.4. Quisquis -- laudis concupiscentiam calcare iam sufficit, ædificationis fraudem perpetrat si bona quæ agit occultat: & quasi iactato semine germinandi radices subtrahit, qui opus quod *inuitandum* est non ostendit.

Lege quod imitandum *est, ex Mss.* Mss. a. b. e. h. i.

503.

Ib. Pag.203. Admon.36. E.3. Cum nos iustitiam nostram coram hominibus facere Dominus *perhiberet*, illico adiunxit: vt videamini ab eis.


Lege proculdubio prohiberet, *ex Mss.* Mss. a. b. e. h. i.

504.

Ib. Pag. 207. c. I. A. 9. Plerunque omnipotens Deus idcirco rectorum mentes quamuis ex magna parte perficit, imperfectas tamen ex *praua* aliqua parte derelinquit: vt cum miris virtutibus rutilant, imperfectionis suæ tædio tabescant, & nequaquam se de magnis erigant, dum adhuc contra minima innitentes laborant, sed quia extrema non valent vincere, de præcipuis actibus non audeant

Mss. a. b. c. h. superbire.

Lege ex Mss. imperfectas tamen ex parua *aliqua parte derelinquit.*



DIALOG. LIB. I.

505.

Pag. 210. c. I. D. 7. A Dei homine irrisionis detersit opprobria piscis allatus de *fonte.*

Lege monte. *Dixerant enim in superioribus. Comede, numquid piscem in his montibus, tibi allaturi sumus. Illo vero in loco pisces audiri consueuerant, non videri. Confirmant hanc lectionem Mss. Codices & Dialogi græcè editi.* Mss. a. b. c. d.

506.

Ib. Pag. 211. c. 2. E. 3. Darida Gotthorum *dux.*

Mss. a. b. c. d. *Lege* Comes: *ita Mss. Codices, & Dial. gr.*

507.

Ib. Pag. 213. c. 4. E. 7. Hunc quem mihi commendas *frater*, ego

Mss. a. b. c. d. non video monachum esse, sed Diabolum.

Lege pater, *ex Mss. & græco Cod.*

508.

Ib. Pag. 214. c. 4. E. I. Opus Petre ex dono est, donum ex opere, alioquin gratia iam non est gratia. Omne quippe opus dona præueniunt, quamuis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescunt.

Mss. a. b. c. d. *Legatur contrarium ex Mss. & Gr. Cod. Opus -- ex dono est*, non *donum ex opere.*

509.

Ib. Pag. 216. c. 5. D. 6. Cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longè latéque *detenderat.*

Mss. a. b. c. d. *Lege* tetenderat *ex Mss.*

510.

Ib. Pag. 217. c. 5. A. 5. Cumque is qui ad videndum eum venerat, quisnam esset inquireret, atque *obnoxiè* peteret, vt sibi debuisset

Mss. a. b. c. d. ostendi.

Lege ex Mss. obnixè, *ita etiam habetur Græcè.*

Ib.

511.

Ib. Pag.217. c.7. E.5. Laurio in illo monasterio quod iuxta vrbem *Nepetanam* vocatur. Mss. a. b. Suppentonia Ms. d.

Lege ex Mss. & Gr. Cod. quod iuxta Nepesinam *vrbem* Suppentona *vocatur.*

512.

Ib. Pag.218. c.7.A.5. Eandem molem *quingenta* boum paria mouere non possent. Mss. a. b. c. d.

Sic dicunt qui de magnis maiora loquuntur: corrigunt hoc mendum, siue potius mendacium, tum græci, tum etiam Mss. Codices, quinquaginta.

513.

Ib. Pag. 221. c. 9. C.2. Beatæ Mariæ virginis Ecclesiam ingressus est. Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. B. Mariæ semper *virginis Ecclesiam ingressus est.*

514.

Ib. Pag. 221. c. 9. E.9. Mox vt nudum quempiam inuenit *vestiebat*, *nunc* se expolians, vt se ante Dei oculos illius mercede vestiret. Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. mox vt nudum quempiam inuenit, vestiebat hunc, *se expolians &c. Sic Gr. habetur.*

515.

Ib. Pag. 222. c.9. A.4. Post paululum egressus *ab horreo* matrem reduxit. Mss. a. b. c. d.

Lege ad horreum: *ita Mss. Cod. & Dial. Gr.*

Dialog. Lib. 2.

516.

Ib. Pag. 229. c. 3. B.7. Cuius congregationis *frater* defunctus est. Mss. a. b. c. d.

Legatur, Pater *cum Mss. & Cod. Gr.*

517.

Ib. Pag 229. c.3.C.3. Hunc sibi præesse poposcerant: quorum scilicet *fortitudo* in norma eius rectitudinis offendebat. Mss. a. b. c. d.

Lege, tortitudo *ex Mss & Dial. Gr.*

518.

Ib. Pag 229. c.5. E.4. Quoties per *contagionis* motum, nimium extra nos ducimur, & nos sumus, & nobiscum non sumus: quia nosmetipsos minime videntes, per alia vagamur. Mss. a. b. c. d.

Lege per cogitationis *motum cum Mss & Gr. Cod.*

519.

Ib. Pag. 234. c.11. B.1. Quem portare non nisi in *sacco* potuerunt: quia *collapsi* saxa parietis non solum eius membra, sed etiam ossa contriuerant. Mss. a. b. c. d. * Mss. b. c.

Lege ex Mss. non nisi in sago -- *& pro* * collapsi, collapsa.

520.

Ib. Pag.236. c.16. A.4. Cum - post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet *supponi* in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei, quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit.

Mss. a. b. c. d. *Legatur* superponi: *ita habent Mss. Cod. & Gr.*

521.

Ib. Pag.236. c.16. E.8. Incomprehensibilia sunt Dei iudicia, & tamen quæ de ore eius prolata fuerint, humanis labiis pronuncian-tur, quoniam sciri ab hominibus & prolata *prodi* possunt, & occultari non possunt.

Mss. a. b. c. d. Mss. a. b. occultata Ms. d.

Lege ex Mss. sciri ab hominibus & prolata per deum *possunt*, *& occulta non possunt.*

522.

Ib. Pag.239. c.22. A.2. Liquet profectò, quia *nobilioris* naturæ est spiritus quam corpus.

Mss. a. b. c. d. *Sequentia probant legendum esse* mobilioris, *id quod ex Mss. Latinè & impressis Græcè probatur.*

523.

Ib. Pag.239. c.22. A.7. Obtinuit quatenus *iter* per spiritum, & fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret.

Mss. a. b. c. d. *Lege* iret, *ex Mss.*

524.

Ib. Pag 244. c.35. C.11. Hoc quod dictum est -- sicut nunquam *apertus* sum, ita nec coniicere scio.

Mss. a. b. c. d. *Lege* expertus *sum, ex Mss.*

525.

Ib. Pag. 244. c.35. D.8. Vir Dei, qui in *turri* globum igneum, angelos quoque ad cœlum redeuntes videbat, hæc proculdubio cernere, non nisi in Dei lumine poterat.

Mss a. b. Gr. intueri Mss. c. d.

Lege ex Mss. qui intuens *globum igneum &c.*

Dial. Lib. 3.

526.

Ib. Pag. 247. c. 1. B. 2. Vir Domini Paulinus cuncta quæ ad E-*piscopi* vsum habere potuit, captiuis indigentibúsque largitus est.

Mss. a. b. c. d. *Lege ad* Episcopij *vsum, ex Mss.*

527.

Ib. Pag.248. c.2. D.8. Cum ad -- *Iustinianum* seniorem, principem pergeret.

Mss. a. b. c. *Lege ex Mss. Cum -- ad* Iustinum *&c.*

528.

Ib. Pag.253. c.14. E.1. Fit -- vt miro modo vna eadémque mens,

& ex

& ex virtute polleat, & ex infirmitate lassescat, quatenus & ex *patre* constructa sit, & ex parte se conspiciat esse destructam: vt per bonum quod quærit, & habere non valet, illud seruet humiliter quod habet. Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. & ex parte *constructa sit, & ex parte &c.*

529.

Ib. Pag 255. c.14. E.7. Agitur de electis Angelorum spiritibus, & de reprobis Angelis è cœlo propter superbiam deiectis. Quando illa superna regio in ciuibus suis ex parte damna pertulit, & ex parte fortiter stetit, vt electi Angelorum spiritus, dum alios per superbiam cecidisse conspicerent, ipsi tanto robustius, quanto humilius starent? Illi ergo *religionis suæ* etiam detrimenta profecerunt, quæ ad æternitatis statum ex parte suæ destructionis est solidius instructa. Mss. a. b. c. d.

Legendum ex Mss. Illi ergo regioni, sua *etiam detrimenta profecerunt &c.*

530.

Ib. Pag.258. c.16. E.1. Cunctis patenter innotuit, quod ideo lædi non potuit: quia hunc in casu suo *Marcij* oratio portauit.

Lege Martini: *ita enim Gr. legitur, cui lectioni assentiuntur Mss. Cod. occurrit sæpius in hoc capite eodem pacto corrigendum.* Mss. a. b. c. d.

531.

Ib. Pag. 265. c.28. E.8. Nonnunquam in debilitatis formidinem corruunt, qui in Ecclesiæ prius fortiter stare *videbantur.* Mss. a. b. c. d.

Lege ex Mss. qui in Ecclesiæ pace *prius &c. -- stare* credebantur.

532.

Ib. Pag 266. c.30. D.4. B. *Stephani*, & S. *Marthæ.* Mss. a. b. c. d.

Lege B. Sebastiani *&* S. Agathæ, *ex Mss.*

533.

Ib. Pag. 267. c.31. E.5. Pater perfidus (agitur de Ermigildo rege Liuigildi Wisigothorum regis filio, pro fide Catholica ab eodem patre suo occiso) & *patricida* commotus pœnitentia, hoc fecisse se doluit, nec tamen vsque ad obtinendam salutem *pertimuit.*

Dele pertimuit *ex consensu Mss. Cod. & pro* patricida, *lege*, parricida: *&* pertinuit *non extat in Mss. a. b. c.* Mss. a. b. c. d.

534.

Ib. Pag.272. c.37. A. 9. Alio -- tempore -- B. Laurentij Martyris Ecclesia fuerat à Longobardis incensa. *Quem* vir Dei restaurare cupiens, artifices multos -- adhibuit. Mss a. b. c. d.

Lege quam *vir Dei &c. ex Mss.*

Dial. lib. 4.

535.

Ib. Pag.278. c.3. C.1. Qui spiritu & carne peccauerunt, semper

essentialiter viuentes,& carne spiritu sine fine moriantur.

Mss. a. b. c. d. *Legas ex Mss. & carne & spiritu &c.*

536.

Ib. Pag 280. c.5. A.4. Non quidem *subtiliter*, sed *solerter* dico.

Mss. a. c. d. *Legas ex Mss. Non quidem* similiter, *sed* dissimiliter.

537.

Ib. Pag 286. c.19. B.5. Messem quam sua manu *secuerat*.

* Mss. a. b. † Ms. c. d. *Legunt * Mss A B* seuerat. *Ms.* † C.seminauerat: *vtramq; lectionem confirmant Græci Codices.*

538.

Mss. a. b. c. d. Ib.Pag.289.c.27.D.8. *Centerellensis* vrbis.

Lege ex Mss. & Gr. Cod. Centumcellensis.

539.

Ib. Pag 291. c.31. E.3. Paratus fuerat rogus ingens,deductus autem Tyburtius presbyter in eo est superpositus,atque supposito igne *non crematus*.

Mss. a. b. c. *Lege ex Mss & Gr. Cod. igne* concrematus.

540.

Ib. Pag. 294. c.36. D 6. Superna pietas ex magna misericordiæ suæ largitate disponit, vt *nulli* etiam post exitum repente ad corpus redeant,*vt* tormenta inferni,quæ audita non crediderant,saltem visa pertimescant.

Mss. a. b. c. d. *Legendum siue dubio* nonnulli, *loco eius quod in textu habetur: & pro* vt, & *ex Mss.*

541.

Ib. Pag.297. c.38. C.3. Vir in hoc mundo valdè *idoneus* fuit, sed

Mss. a. c. d. tantum plenus vitiis, quantum rebus.

Lege valdè diues *fuit*, *ex Mss.*

542.


Ib. Pag.303. c. 51. C.9. Qua ex re apertè datur intelligi, quia hi quibus peccata dimissa non fuerint, ad *euidendum* iudicium sacris locis post mortem non valeant *adiuuari*.

Mss. a. b. c. d. *Lege ex Mss. ad* vitandum *iudicium* sacra loca *post mortem non valeant* adiuuare, *M. 6.*

LIB. I.

LIB. I. EPISTOLARVM.

543.



PAG. 1. Epist. 2. C. 5. Quandam inter vos atque Ecclesiasticos *simulationem* subrepere comperi. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. in marg.

Lege, simultationem, *ex Mss. sequitur enim ex quo inter vos vel parua dissensio, proueniat.*

544.

Ib. Pag. 2. Ep. 2. A. 9. Longe aliter vir magnificus *Ciridanus* asserit.

Et in margine libri adscripserunt hanc notulam Lib. 7. Ep. 21. Ind. 2. & Lib. 10. Ep. 37. 39. perinde ac si hoc argumento probari possit, Ciridanus *scribendum esse, quia ad eundem ipsum tres aliæ epistolæ transmissæ sunt. Sed neque hæ epistolæ genuinæ sunt & Mss. omnes consentiunt legendum esse* Citonatus, *non* Cidanus. *Inepta probatio mendacij ex mendacio.* Mss. a. b. c. d. e. f. Bas. 1564. Par. 1571.

545.

Ib. Pag. 5. Ep. 8. D. 1. A præsenti tempore, sicut de propria Ecclesia, debeas cogitare, eique *competenti*, tua prouisione disponere, quatenus deinceps, quod perire nunc vsque potuit, pauperum ecclesiæ tuæ vtilitatibus *plerisque* proficiat. Mss. a. b. c. d. e. f. Bas. 1564. Par. 1571. Io. Diac.

Legit cum Mss. Io. Diaconus pro competenti, competentia: *& pro* plerisque, clerique.

546.

Ib. Pag. 6 Ep. 9. A. 1. Nos -- non solum nunquam mota suscitari *volumus*, verum etiam quæ praua foris admouentur, sopire modis omnibus festinamus. Ms. b. c. d. e. f. Par. 1571. Basil. 1564.

Lege ex Mss nolumus, *loco* volumus: *probatur hæc lectio ex multis Editionibus.*

547.

Ib. Pag. 6. Ep. 11. E. 1. Vicedominum -- eum constituimus, cuius arbitrio *Episcopum* commisimus disponendum. Mss a. b. c. d. e Gratianus.

Lege ex Mss. Episcopium: *& in hunc modum citatur in Iure Canonico.*

548.

Ib. Pag. 10. Ep. 24. D. 2. Gregorius Iohanni *Episcopo* Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Ioanni Hierosolymitano & Anastasio *Patriarchæ Antiocheno*, à paribus. Mss. a b. c. d. e. f g. Par. 1571. Bas. 1564. Io. Diac.

Legas ex Mss Ioanni Constantinop. Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, *Ioanni Hierosolymitano, & Anastasio* Expatriarchæ *à Patribus.*

549.

Leuit. 7. 31. Ib. Pag. 11. Ep. 24. D. 1. Diuina lege armum sacerdos in sacrificium & dextrum accipit & separatum, vt non solum sit eius operatio vtilis, sed etiam singularis: nec inter malos tantummodo quæ recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam *mortua* virtute transcendat.

Mss. a. b. c. d. e. f. g. Par. 1571. *Lege* morum *virtute ex Mss.*

550.

Ib. Pag. 14. Ep. 24 C 4. Hic [dum à bene agente Cornelio venerari recusauit] communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis, illic zelus vltionis [cum verbo Ananiæ & Saphiræ vitam perculit] *vim* aperuit potestatis.

Mss. a. b. c. d. e. f. g. *Lege* ius *aperuit potestatis.*

551.

Ib. Pag. 15. Ep. 24. A. 10. Bene dicitur, Tondentes tondeant capita sua: vt videlicet curæ temporalis sollicitudinis & ad quantum necesse est prodeant, & tamen recidantur citius ne immoderatius excrescant. Dum igitur & per administratam exteriorem prouidentiam corporalis subditorum vita protegitur, & rursum per *immoderatam*, alta cordis intentio non impeditur, quasi capilli in capite sacerdotis, seruantur, vt cutem cooperiant: & resecantur ne oculos claudant. Sed hoc in loco huius discretionis moderamina video seruari non posse &c.

Mss. b. c. d. e. f. g. *Manifestum est, tam ex circumstantiis loci, quàm ex membranis, legendum esse* moderatam, *non* immoderatam *vt est in cusis Codicibus.*

552.

Ib. Pag. 17. Ep. 30. D 7 Sicut peccata mea merebantur, non Romanorum, sed Longobardorum Episcopus factus sum, quorum *sinthiciæ* spathæ sunt, & gratia pœna.

Mss a. b. c. d. e. f. Io. Diaconus. *Quæro quid sit* sinthiciæ: *nos in membranis legimus* synthiciæ, *verbum à Græcis deductum, vt opinor, ita vt huius loci sententia hæc sit aliis verbis. Tametsi in Romana Ciuitate primatum obtineam, tamen peccatis meis hoc exigentibus vt rerum iam potiantur Longobardi: eorum nunc Episcopus factus sum, quorum amicitias, tantum abest vt expetam aut iis bene velim, vt eorum consuetudinem pro gladio quo transfodior, & gratiam loco pœnæ qua excrucior haud immerito habeam.*

553.

Mss. a. b. c. d. e. f. g. Io. Diacon. lib. 3 c. 44. Ib. Pag 18. Ep. 33. D. 1. Greg. Venantio *Cancellario Italiæ.*

Legendum ex Mss. & Io. Diacono Greg. Venantio Exmonacho patritio Syracusano.

554.

Citatur à Bell. To. 2. de monachis l. 2 c. 27 p. 525. a. Mss a. b. c. d. e. f. g. Ib. Pag. 19. Ep. 33. B. 3. Considera iudicium Dei, quod mereatur, qui temetipsum deo vouit, continuóque mundi desideriis irretitus, mentitus est quod vouit.

Hæc omnia desunt in Mss. & apud Io. Diaconum, & sine dubio adiecta

sunt

sunt ab aliquo Monachulo. Io. Diac. l. 3. c 48.

555.

Ib. Pag. 21. Ep 39. Petro *Diacono.* Mss. a. b. c. d. e. f.
Lege, Subdiacono *ex Mss.*

556.

Ib. Pag. 21. Ep. 40. D. 1. Si quos -- *qualibet occasione* à clericatu in monachicam *conuersionem* venire contigerit, non liceat eis ad eandem, vel aliam Ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare. Cit. à Coccio de vita monastica p. 363. Mss. a. b. c. d. e f. Par. 1571. Grat. 16. q. 1. c. 32. p. 728. Basil. 1564.

Verba hæc qualibet occasione, *ad amplificandum monachorum ordinem spectant: adiecta sunt atque assuta textui ab aliquo tenebrione: in membranis non comparent: lege* conuersationem *pro eo quod in textu habetur.*

557.

Ib. Pag. 22. Ep. 41. A. 6. Inter hæc omnia turbatus cogor modo in ipsam clauum *aduersitate* dirigere, modo incuruato nauis latere, minas & impetum fluctuum ex obliquo declinare. Mss. a. b. c. d. e. f g. Par. 1571. Io. Diac. l. 1. c. 52. Bas. 1564.

Legendum ex Mss. in ipsam clauum aduersitatem *dirigere.*

558.

Ib. Pag. 22. Ep. 41. D. 1. Ea -- quæ in B. Iob expositione dicta fuerant, & vobis dirigenda scribitis, quia hæc verbis sensibúsque *petentibus* per homilias *direxeram*, vtcumque studui in librorum ductum permutare, quæ nunc adhuc à Librariis conscribuntur. Mss. a. b. c. d. e. f. g. Par. 1571. Io. Diac.

Mss. ita habent, Quia hæc verbis sensibúsque tepentibus *per homilias* dixeram *&c.*

559.

Ib. Pag 24. Ep. 42. C. 3. *Suppositorium* aliquod argenteum, pro vno solido dicitur esse *oppositum,* & calix pro sex solidis dicitur esse *oppositus.*

Lege appositum *&* appositus *ex Mss. & Io Diacono & pro* suppositorium, suppostorium. Mss. a b. c. d. e. f g.

560.

Ib. Pag. 24. Ep. 42. C. 4. Interrogato *Domino* secretario. Mss a. b c. d. e. f. g. Par. 1571. Io Diac. Bas. 1564.
Lege ex Mss. Interrogato Dominico *secretario: suffragatur huic lectioni Io. Diaconus.*

561.

Ib. Pag. 25. Ep. 42. D. 1. *Antonius.* Mss. a. b. c. d e. f. g.
Lege, Antoninus *ex Mss.*

562.

Ib. Pag 25. Ep. 42. D. 3. Amulas onychinas requisita subtiliter veritate restitue, quas per portitorem præsentium *transmitte.* Mss. a. b. c. d. e. g. Io. Diac.
Retransmisi, *lege ex Mss. & Io Diacono.*

563.

Ib. Pag. 25. Ep. 42 D. 5. Dominæ *Campaniæ.* Mss. a. b. c. d. e. g. Io. Diac.
Lege Campanæ, *Vide Io. Diaconum & Mss.*

564.

Mss. a. b. c. d. e. f. g. — Ib. Pag.28. Ep.48. A.6. In insula *Orphiaria.*
Lege Eumorphiana *ex Mss.*

565.

Ib. Pag. 30. Ep.54. B.9. Dare debeas -- *annonæ modios* ducentos.
Mss. a. b. c. d. e. f. — *Dare debeas* -- agnos *ducentos Mss.*

566.

Mss. a. b. c. d. e. f. — Ib. Pag.30. Ep.55. D.1. In ipsius cuncti *electione* declinent.
Lege electionem. *ex Mss.*

567.

Mss. a. b. c. d. e. f. — Ib. Pag.30. Ep.56. E.4. *Odeatini.*
Lege Ocleatini *Mss.*

568.

Ib. Pag.31. Ep.59. E.6. Hæc omnia præceptionis *nostræ* interminatione corrigite, vt si non rectitudinis contemplatione, saltem formidine *nostræ* iussionis à talibus se gloriosus Theodorus, vel homines eius abstineant.
Mss. a. b. c. d. e. f. — *Legatur* vestræ *vtrobique ex Mss. Cod. fide.*

569.

Ib. Pag.32. Ep.60. B.5. Causas prædictæ fœminæ, siue sint, siue fuerint, *nostro* volumus iudicio terminari.
Mss. a. b. c. d. e. f. — *Lege* vestro, *ex omnibus Mss. corrige eundem errorem in Ep. 62.*

570.

Mss. a. b. c. d. e. f. — Ib. Pag 33. Ep.65. D.1. *Anthemio Subdiacono.*
Dele Subdiacono *ex Mss. & pro* Anthemio, *lege,* Petro.

571.

Ib. Pag 33. Ep 65. D.8. Pro sustentatione eius annuos tritici modios 23. necnon & fabæ modios 11. dare non differas.
Mss. a. b. c. d. e. f. — *Legat ex Mss. tritici modios* trecentos: *nec non & fabæ modios* totidem *dare non differas.*

572.

Mss. a. b. c. d. e. f. — Ib. Pag 34. Ep.66. A.3. Pallia *maiora sex, & minora septem.*
Lege ex Mss. Pallia maiora, minora sex.

573.

Ib. Pag.34. Ep.66. A.5. Oblitus vigorem legum, præsumpsit sacra *ciuiliter* comparare.
Mss. a. b. c. d. e. f. — *Lege ex Mss. præsumpsit sacra comparare* cimelia.

574.

Ib. Pag.34. Ep.67. C.2. Ei monasterij ipsius generaliter debeas constituto *solatio* commendare negotia.
Mss. a. b. c. d. e. f. — *Lege, constituto* salario *ex Mss.*

575.

Ib. Pag.35. Ep.70. D.2. Quod vtilitatem patrimonij *impendit,* fieri nullo modo permittat.

Lege

Lege impedit *ex Mss.* — Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Bas. 1564.

576.

Ib. Pag. 36. Ep. 73. E. 6. Non parua loca patrimonij eius propriis nudata cultoribus, largitis *Datitiorum* habitatoribus restaurauerit.

Lege Datitiis *habitatoribus &c. ex Mss.* — Mss. b. c. d. e. f.

577.

Ib. Pag. 36. Ep. 73. E. 9. Præsentium -- latorem *Hilarium* nomine eminentiæ *indicauimus* commendandum vestiæ.

Lege Hilarum *eminentiæ* iudicauimus *commendandum.* — Mss a. b. c. d e f. Par 1571. Basil. 1564.

578.

Ib. Pag 38. Ep. 76. A. 6. Ecclesiam *Aleriensem.*

Lege Ecclesiam Saonensem, *ex Mss. corrige hunc errorem bis in sequentibus.* — Mss. a. b. c. d. e. f. Sugonẽsem Par. 1571. Bas. 1564.

579.

Ib. Pag. 39. Ep. 80. D 4. Sanctitas vestra hac de re personam instituat, cum qua Romana Ecclesia aliquid debeat solidè definire, vt siue nihil debeat, ex iudicio pateat, seu aliquid *debet, restituat: & personam* quam instituitis securitatem solemniter emittat.

Lege ex Mss. seu aliquid. debuit & restituit : persona *quam institutis &c.* — Mss. a. b. c. d. e. f. Basil. 1564.

580.

Ib. Pag 40. Ep. 81. A 3. Nisi pontificis sui *concessionem* solenni more meruerit.

Lege cessionem, *ex Mss.* — Mss a. b. c. d. e. f. Par 1571. Io. Diac. Bas. 1564.

Lib. 2. Epist. Indict. 10.

581.

Pag. 40. lib. 2. C. 5. De anno ordinationis eius secundo &c.

Ista Præfatio, & altera quæ sequitur & incipit, Charta quæ relicta est de letania maiore in Basilica S. Mariæ, *in omnibus Mss. desiderantur.*

582.

Ib. Pag. 43. Ep. 8. D. 3. Quisquis *congrua* ordinationi eius restiterit.

Quisquis incongrue *ordinationi eius restiterit. Ita Mss.* — Mss. a. b. c. d. e. g.

583.

Ib. Pag. 47. Ep. 17 C. 7. Iobino *Episcopo.*

Legendum ex Mss. Iobino Præfecto.

584.

Ib. Pag. 50. Ep. 23. A. 2. Iustino *Præsbytero.*

Mss. Iustino Prætori. — Mss. a. b. c. d. c. g.

585.

Ib. Pag. 50. Ep. 24. D. 3. Non -- grande est iis *non* esse humiles, à

Mss. a. b. c. d. e. f. g. Par. 1571. Ant. Carafa in Indice Epist.

quibus honoramur: quia & hoc sæculares quilibet faciunt.

Legas ex Mss. Non - grande est iis nos esse humiles.

586.

Ib. Pag. 50. Ep. 25. E. 8. Licet *statua Ecclesia sub hoste* imminente depulsus, aliam, quæ pastore vacat, Ecclesiam debes gubernare.

Mss. a. b. c. d. e. g. Io. Diac.

Lege ex Mss. Licet à tua, hoste *sis imminente &c.*

587.

Mss. a. b. c. d. e. f. g. i.

Ib. Pag. 55. Ep. 34. A. 3 Ianuario *Episcopo.*

Mss. Ianuario Archiepiscopo.

588.

Ib. Pag. 55. Ep. 34. B. 6. Fraternitatem tuam scriptis præsentibus adhortamur, vt causarum apud se ante debeat merita pertractare. Etsi qua se *iustè* tulisse vel habere cognoscit, ante iudicium, sacerdotij contemplatione restituat.

Mss. a. b. c. d. e. f g. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege ex Mss. si qua se iniuste *tulisse &c.*

589.

Mss. a. b. c. d. e f. g. Par. 1571. Io. Diac. Bas. 1564.

Ib. Pag. 57. Ep. 37. A. 7. Sanctissimam fraternitatem vestram auctori nostro non solum nomen, sed etiam *causam* coniungat.

Lege ex Mss. sed etiam causa *coniungat.*

Lib. 2. Epist. Indict. 11.

590.

Ib Pag. 63. Ep. 7. B. 9. Sed nec *in baptizatos* eos mortis tempus professi sunt occupasse, sicut accusatorum inuidiosa continebat suggestio: cum in Demetriade Ciuitate baptizatos eos esse constiterit.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege, Sed nec inbaptizatos *eos &c. ex Mss.*

591.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Basil. 1564.

Ib. Pag. 64. Ep. 8. B. 3. Natali *Episcopo.*

Legas ex Mss. Natali Archiepiscopo.

592.

Ib. Pag. 64. Ep. 8. C. 11. Quod si alias, quam de eo æstimatum, est, synodali fuerit inquisitione compertum: necesse est, vt & criminatores iusti districtionem iuris exhorreant, & *in criminato* innocentiæ suæ seruentur illibata suffragia.

Mss. a. b. c. d. e. Bas. 1564.

Lege cum Mss. & alibi impressis codicibus & incriminato *&c.*

593

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Ib. Pag. 66. Ep. 14. D. 1. Dilectionis vestræ desideria insinuata nobis, quam *abstulistis*, peritio reserauit.

Lege obtulistis *ex Mss.*

594.

Mss. a. b. c. d. e. f. Io. Diac. Par. 1571. Bas. 1564.

Ib. Pag. 66. Ep. 15. E. 3. Scholastico *Duci.*

Lege Iudici: *ita habet Io. Diaconus cum Mss.*

Ib.

595.

Ib. Pag. 66. Ep. 15. E. 8. Dum de -- cura -- vehementius angeremur ſuperuenientes præſentium latores -- aliquid nobis in tanto cogitationum pondere *reuelationis* innuerant. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1518. & 1571. in margine. Io Diac.

Lege releuationis *ex Mss. & Io. Diacono.*

596.

Ib. Pag. 68. Ep. 21. E. 8. *Cardolano.* Mss a. b. c. d. e. f.

Lege, Cartiolano *ex Mss.*

597.

Ib. Pag. 71. Ep. 27. C. 2. Si perſona -- inuenta fuerit, eam ad *noſtram* debeat cognitionem dirigere. Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege ad veſtram *ex Mss.*

598.

Ib. Pag 71. Ep. 28. D. 6. *Vniuerſis Epiſcopis* per Italiam. Mss. B c. d. e.

Lege, Romano Patricio *per Italiam, ex Mss.*

599.

Ib. Pag. 72. Ep. 29. A. 9. *Mihi* vnquam in illo quod reprehendi paſſim potuiſſet inueni. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege nihil *vnquam, ex Mss.*

600.

Ib. Pag. 76. Ep. 38. Priuilegium monaſterio S. Medardi. *Citatur à Bell. To. 1. de Rom. Pont. l. 2. c. 19. p. 796.* C *& 16. l. 5. c. 8. p. 1087.* C. *& à Coccio l. 2. de Euchariſtia p. 726.* Mss a. b. c. d. e. f.

Deeſt hoc priuilegium in Mss.

601.

Ib. Pag. 81. Ep. 47. E. 3. Plus in charitate animorum vnitas, quam corporalis poteſt *venerari* præſentia. Mss. b. c d. e. f.

Lege vnire *ex Mss.*

602.

Ib. Pag 83. Ep. 51. D. 9. In hac -- vita miro Dei omnipotentis moderamine agitur, vt vel proſperitatem aduerſitas, vel aduerſitatem proſperitas ſubſequatur: quatenus & *humilitati* diſcamus quicquid deliquimus *flere*, & iterum exaltati aduerſitatis memoriam, quaſi humilitatis anchoram in mente teneamus. Mss b. c. d. e. Par. 1571. Baſil. 1564.

Quatenus & humiliati *diſcamus quicquid deliquimus, & iterum exaltati -- Ita Mss.*

603.

Ib. Pag. 84. Ep. 52. C. 6. Adhuc de Deo nihil didicit, qui viſcera charitatis neſcit, qui in *ſceleſtibus* rebus ab omnibus accuſatur. Mss. b. c. d. d e. f. Io. Diac.

Lege in ſceleſtis *rebus, conſonat hæc lectio Mss.*

604.

Ib. Pag. 84. Ep. 52. D. 1. Ego -- atteſtante mihi conſcientia fateor: quia cum nullo homine habere ſcandalum *nolo*, & quanta valeo virtute declino. Mss. a. b. c. d. e f. Par. 1571.

Lege volo, *ex Mss.*

605.

Ib. Pag. 86. Ep. 54. A. 2. De ipsa consuetudine tuæ, quam opponis, Ecclesiæ, quæ vobis olim, vt à *patribus* vestris probaretur, scripsimus: iam *non* satis sollicitudinem gessisse cognoscite, inquirentes filios nostros, &c.

Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege pro patribus, partibus: *&* nos *pro* non, *ex Mss.*

606.

Ib. Pag. 86. Ep. 54. C. 1. Si vel ad tuum iudicium, vel ad nos, maiorum fulti patrocinio, quod non credimus, venire despexerint, *&* in obiectis sibi capitulis contumaciter respondere *noluerint*, volumus, vt eis post secundã & tertiam admonitionem tuam, ministerium sacri interdicas officij, atque nobis de contumacia eorum, scriptorum tuorum tenore renuncies.

Mss. b. c. d. e.

Lege, aut *in obiectis sibi capitulis contumaciter respondere* præsumpserint: *ex fide Mss. Cod.*

607.

Ibid. Pag. 86. E. 1. Epistola 55. Ioannis Rauennatis Episcopi, *desideratur in omnibus Mss.*

608.

Mss. a. b. c d. e. Par. 1571.

Ib. Pag. 89. Ep. 59. A. 7. Postulauit quod Patriciæ recordationis *Rusticæ* - sepeliretur.

Legatur, Rustica, *ex Mss.*

609.

Ib. Pag. 89. Ep. 60. D. 2. Scripsisti -- nobis quosdam idolorum cultores, atque *Angelorum* dogmatis in iis in quibus constitutus es partibus inueniri.

Mss. a. b c. d. e. Anglorum Par. 1571.

Lege -- Angelliorum *dogmatis, ex Mss.*

610.

Ib. Pag. 90. Ep. 62. B. 5. Quod -- in eadem lege dicitur, vt ei *monasterio* conuerti non liceat, omnino miratus sum.

Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege, ei in monasterium *conuerti non liceat, &c. ita Mss.*

611.

Ib. Pag. 90. Ep. 62. C. 10. Respondebit Christus dicens: (introducit Christum loquentem ad Mauricium Augustum) Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum Cæsarem, de Cæsare *Imperatoris*, nec solum hoc, sed etiam patrem Imperatorum feci.

Mss. a. b. c d. e. f. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege ex Mss. de Cæsare Imperatorem: *nec solum hoc &c.*

612.

Ib. Pag. 90. Ep. 62. E. 6. Tunc magis dominorum exercitus contra hostes crescit, *quanto* Dei exercitus ad orationem creuerit.

Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege quando *ex Mss.*

613.

Ib. Pag. 93. Ep. 66. A. 4. Fuerunt quidam veterum philosopho-

rum,

rum, qui in duobus corporibus vnam esse animam dicerent, non *affectus* iungentes duos, sed vnam in *duobus* animæ substantiam partientes. At contra nos esse in *duorum mentibus* vnam animam dicimus, non diuidendo substantiam, sed corda iungendo.

Lege ex Mss. non affectu *iungentes - sed vnam in* duos *&c. At contra nos esse in* multis *vnam animam dicimus.* Mss. a. b. c. d. e. f.

Lib. 3. Epist.

614.

Ib. Pag. 96. Ep. 7. C. 3. Diuini *auctoris* æmulatione succendi. Mss. a. b. c. d. e.

Lege, amoris *ex Mss.*

615.

Ib. Pag. 96. Ep. 8. E. 6. Quod ad *Xenodochi* Thomæ quondam Episcopi iura peruenit. Mss. a. b. c. d e.

Lege Xenodochij, *ex Mss.*

616.

Ib. Pag. 97. Ep. 9. E. 4. *Presbyteri* baptizatos infantes signare *sacro* in frontibus chrismate non præsumant: sed presbyteri *baptizatos vngant* in pectore, vt episcopi postmodum *vngere* debeant in fronte.

Mss. sic*, Episcopi *baptizatos infantes signare in frontibus* bis *chrismate non præsumant: sed presbyteri* baptizandos *tangant in pectore, vt Episcopi postmodum* tangere *debeant in fronte.*

Cit. à Bell. To. 3. de Sacram. Confir. l. 2. c. 3. p. 404. B. Et à Coccio par. 1. de Hierarchia Ecclesiastica p. 919. & à Theod. Petreo Cõfess. Greg. l. 3. p. 216. * Mss. b. c. d. e. Par. 1571.

617.

Ib. Pag 99. Ep. 13. D. 5. *Maximiano Episcopo Syracusano.*

Clementio Episcopo, Primati Bizanceno *Mss.* † † Mss. a b. c. d. e. f.

618.

Ib. Pag. 101. Ep. 17. D. 6. *Centum* duodecim solidis *se* perhibet comparatum.

Legas ex Mss. " *Duodecim solidis perhibet &c.* " Mss. a. b. c. d. e.

619.

Ib. Pag. 101. Ep. 17. D. 8. Supradictos solidos de Ecclesia *redemptoris* eius restitue. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege redemptori, *ex Mss.*

610.

Ib. Pag. 104. Ep. 24. E. 10. Ne si tales personæ fuerint -- vastandarum rerum debilium, *quæ* illic reiacent, præbeatur occasio. Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege vastandarum rerum debilium qui *illic reiacent &c. ex Mss.*

611.

Ib. Pag. 104. Ep. 24. E. 13. Nosti latorem præsentium -- quorundam *sacerdotum* literis criminaliter accusatum. Mss. a. b. c. d. e. f.

Legas ex Mss. quorundam Sardorum *literis.*

622.

Ib. Pag.106. Ep.26. A.10. Videndum -- ne sine literis, aut obnoxius curiæ, compellatur post sacrum ordinem ad *exactionem* publicam redire.

Mss. a. b. c. d. e.

Lege ex Mss. videndum -- ne sine literis, aut ne *obnoxius -- compellatur* - *ad* actionem *publicam redire.*

623.

Cit. à Bell. To. I. de Rom. Pōtif. l. 4. c. 11. p. 996. a. & de Sacra. Confirmat. To.3. l.2. c. 12. p.434. a & ib. p. 437. b. & à Theod. Petr. l. 3. Confess. Greg. p.216.

Ib. Pag. 106. Ep. 26. B.4. Peruenit -- ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros tangere *in fronte* eos qui *baptizati* sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum vsum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus, sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi Episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus *baptizatos* chrismate tangere debeant concedimus.

Lege ex Mss. * *Presbyteros chrismate tangere eos qui* baptizandi *sunt, prohibuimus - & paulo post legas, in frontibus* baptizandos.

* Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Bas. 1564.

624

Ib. Pag 108 Ep.31. D. 1. *Filiabus* Iustæ ex Hebræis, id est, *Iulianæ, Redemptæ & Fortunatæ.*

Lege ex Mss † *Filiis* - Iuliano, Redempto & Fortunæ.

† Mss a b.c. d. e. Par. 1571. Bas. 1564.

625.

Ib. Pag. 110. Ep.35. B.3 Qualiter neglectus inter initia morbus vires accipiat, ex nostris necessitatibus, *quas patimur, in hac ciuitate constituti* probauimus.

Lege, ex nostris necessitatibus, quicunque sumus in hac vita constituti *probauimus, ita Mss.* "

" Mss a.b c. d. e. Par. 1571. Bas. 1564.

626.

Ib. Pag. 110. Ep 35. C 6. Denique Sacerdotes, *canonicos* prauissima de suis Ecclesiis temeritate *repellere.*

Depellerent Mss a b. depulisse c. d. e.

Denique, vt Sacerdotes Catholicos, *prauissima -- sic Mss.* *

* Mss a b.c. d e.

627.

Ib. Pag. 112 Ep.38. C.5. Quem, si Missarum solemnia celebrare *præsumpserint,* iam sacri corporis communione priuauimus.

Lege, præsumpserit *ex Mss* †

† Mss. a. b. c. d e. Par 1571. Basil 1564.

628.

Ib. Pag. 112 Ep.39. D.3. Clero, ordini, & plebi consistenti Hortonæ : *non habetur in* " *Mss.*

" Mss. a. b. c. d e.

629.

Ib. Pag. 113. Ep. 40. A 4. Peruenit ad nos, quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant, & quod adhuc est grauius, monachos tuos sibi commatres facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere.

Mss a b. c. d. e. f Par. 1571.

Lege ita ex Mss. mulieres *sibi commatres facere.*

630.

Ib. Pag. 113. Ep. 41. C. 6. Et vos de nostra ratione, & nos de vestra *crudelitate* gauderemus.

Lege ex Mss. credulitate. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Bas. 1564.

Lib. 4. Epist.

631.

Ib. Pag 116. Ep.3. A.9. Omnino nos tetigit, ne per ea quæ apud vos gesta sunt, aliorum *consiliorum* primatibus, quod auertat Dominus generetur scandalum. Mss. a. b. c. d e. Par. 1571.

Lege conciliorum *ex Mss.*

632.

Ib. Pag. 116. Ep.4. C.2. Latorem præsentium Gregorium nulla quidem ratio permittebat, vt post lapsum cellæ ipsius *generali pœna,* vltra & præesse debuisset. Mss a. b. c. d. e. f. pœnæ Par. 1571. Bas. 1564.

Lege ex Mss. vt post lapsum cellæ ipsius pœnè generalem *vltra ei præesse debuisset.*

633.

Ib. Pag. 116. Ep.4. D 10. Multa -- mala in eodem monasterio per Anastasium medicum audio contigisse. Qui si quando in monasterium virginum seu *ipse,* seu *alius* fuerit ingressus, fraternitatem tuam culpa respiciet, quæ gregem commissum tenet, & custodire dissimulat. Mss a. b. c. d. e. f.

Lege, seu ipsum, *seu* aliud *ex Mss.*

634.

Ib. Pag. 117. Ep. 6. C. 10. Ioanne *subdiacono.* Mss. a. b. c. d. e.

Lege Ioanne Diacono: *ita Mss.*

635.

Ib. Pag. 117. Ep. 6. D. 7. Si -- ex eo vt suspicor, minimè aliquid rescripsi, commonitione *certa* dandos solidos pro vtilitate rusticorum non debes immorari: quando & res Ecclesiastica non perit, & ex ea vtilitas rusticorum leuatur. Mss. b. c d. e.

Lege commonitione capta ad *dandos solidos &c. ex Mss.*

636.

Ib. Pag. 118. Ep. 8. E 2. Xenia -- vestræ sanctitatis suscipere omnino *noluerant:* quia valde esset incongruum, vt à prædatis atque afflictis fratribus munera percepisse videremur. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Basil. 1564.

Lege noluerant *ex Mss.*

637.

Ib. Pag. 118. Ep 8. E. 6. Illud -- vobis præ omnibus studendum est, vt venturo iudici animarum, sicut prædiximus, non peritura munera procuretis, quatenus & vos de vestra *mercedis* operatione, & nos pariter de nostra adhortatione respiciat. Mss. b. c. d. e.

Lege ex Mss. quatenus & vos de vestra merces *operatione &c.*

638

Ib Pag 119. Ep 9. A. 4. Ecclesiæ *Aleriensis.* Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege Miriensis *ex Mss.* Mirmensis Ms. b.

639.

Mss. a. b. c. d. e. Squillatrum Par. 1571. Baſ. 1564.

Ib. Pag.119. Ep.9. A.4. *Syllacium* - detulerat.

Lege Squillacium,*ex Mss.*

640.

Ib. Pag.119. Ep.11. E.7. Cui [ſcilicet Adeodato Diacono loquente de vſu pallij in letaniis] nequaquam credere debuimus, *niſi* quia multi apud ciuitatem fraternitatis veſtræ reſponſales ſæpius fuerunt, qui ſe fatentur tale aliquid nunquam vidiſſe.

Mss. a. b. c. d. e. Io. Diac.

Dele niſi, *ex auctoritate veterum Codicum.*

641.

Mss. a. b. c. d. e.

Ibid. Pag. 120. Ep. 13. & 14. Legatur *Fuſcus*, ex Mss. non *Feſtus*.

642.

Ib. Pag. 121. Ep. 15. D.1. Vide quid in lingua, quid in actu Epiſcopum deceat. Eſto totus purus. Fratribus tuis non aliud loquaris, & aliud in corde habeas. Nec appetas vltra videri, quam es, vt poſſis vltra eſſe quam videris.

Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege in hunc modum ex Mss. -- *Eſto totus purus fratribus tuis. Non aliud.* --

643.

Mss. a. b. c. d. e.

Ib. Pag. 124. Ep. 20. Seuero Ficulino Epiſcopo *non extat in Mss.*

644.

Mss. a. b. c. d. e.

Ib. Pag. 124. Ep. 21. Clero ordini & plebi conſiſtenti Rauennæ *non extat in Mss.*

645.

Ib. Pag 125. Ep. 23. A.3. Nulla -- ſit in hac electione venalitas, ne dum præmia appetunt, *virtutem diſcretionis* amittant: & illum dignum ad hoc eſſe arbitrentur officium, qui non meritis ſed datione placuerit.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Baſ 1564.

Lege ex Mss. diſcretionem electionis *amittant.*

646.

Ib. Pag. 125. Ep. 23. B.3. -- Clericos -- ad nos ſine mora tranſmitte, vt ad ordinandam Dei Eccleſiam, nec excuſatio, nec aliqua poſſit *præuenire* dilatio.

Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege, prouenire, *ex Mss.*

647.

Ib. Pag. 125. Ep. 24. C.7. Peruenit -- ad nos, Adeodatum quendam ciuem Piſaurenſem filio atque vernaculo ſuo *de quibuſdam* hæredibus inſtitutis, Thomam deputaſſe tutorem: hanc conditionem adiiciens, vt ſi forte hæredes ipſius in pupillari ætate de hac vita tranſirent, omnis eius ſubſtantia per manus antedicti tutoris debuiſſet pauperibus erogari. Sed *ab iis* qui hæredes fuerunt inſtituti, ne defuncti poſſit voluntas impleri, ſupraſcriptus tutor dicitur impediri.

Dele,

Dele, de quibusdam, *in priore sententia, & pro, Sed* ab iis, *lege, Sed* obitis: *& paulo post*, à quibusdam *dicitur impediri*. Mss. a. b. c. d. e. defunctis Par. 1571. Basil. 1564.

648.

Ib. Pag. 126. Ep. 26. A. 6. Fraternitatem tuam præsentibus hortamur affatibus, vt Clericis Capuanæ Ecclesiæ, qui in Ciuitate Neapolitana consistunt, quartam in *presbyterum* eorum de hoc quod *ante* Ecclesiæ singulis omnis accesserit, iuxta antiquam consuetudinem distribuere secundum personarum studeat qualitatem.

Lege presbyterium -- & antedictæ Ecclesiæ *ex Mss.* Mss. a b. c. d. e.

649.

Ib. Pag. 127. Ep. 30. D. 5. Diaconus quidem factus est, sed quisquis semel in hac Ecclesia ordinem sacrum acceperit, *egredienti* ex ea vlterius licentiam non habet.

Legendum Egrediendi, *ex Mss.* Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Io. Diac.

650.

Ibid. Pag. 128. Ep. 31. C. 10. Pro *Arnulpho*, lege, *Nordulfo*, ex Mss. Mss. a b. c. d. e f.

651.

Ib. Pag. 130. Ep. 32. A. 2. Quid -- dicturi sumus, qui populum Dei, cui indignè præsumus, peccatorum nostrorum oneribus premimus? qui quod per linguam prædicamus, per exempla destruimus? qui iniqua docemus operibus, & sola voce ea quæ sunt iusta prætendimus? ossa ieiuniis atteruntur, & mente turgemus. Corpus despectis vestibus tegitur, & elatione cordis purpuram superamus. Iacemus in cinere, & excelsa *non despicimus*. Doctores humilium, duces superbiæ, ouina facie lupinos dentes abscondimus.

Lege ex Mss. Iacemus in cinere, & excelsa respicimus. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. 1564.

652.

Ib. Pag. 130. Ep. 32. D. 9. Si -- illud nomen in *ea* Ecclesia sibi quisquam *arripuit, quod apud bonorum omnium iudicium fuit*: vniuersa ergo Ecclesia, quod absit, à statu suo corruit, quando is qui appellatur vniuersalis cadit.

Mss. Si -- illud nomen in Ecclesia sibi quisquam arripit, quo caput se bonorum omnium facit. Mss. a. b. c. d. e. f.

653.

Ib. Pag. 130. Ep. 32. E. 12. Ad *vitam* ergo rectam reuertatur auctor scandali, & omnia sacerdotum iurgia cessabunt.

Legatur, Ad viam *ex Mss.* Mss. a. b. c. d. e.

654.

Ib. Pag. 132. Ep. 34. B. 5. Cognoui -- contra quosdam *superbos*, humiles *facietenus & blandos*, quanta se iustitia vestra serenitas impendat.

Lege, contra quosdam superbè *humiles*, fictè blandos. Mss. a. b. c. d. e. f.

655.

Ib. Pag. 132. C. 1. Veste quidem despecti sunt, sed corde tument. Et quasi in hoc mundo cuncta despiciunt, sed tamen ea quæ mundi sunt, cuncta adipisci quærunt.

Mss. a. b. c. d. e. f. Io. Diac. Basil. 1564.

Lege, ex Mss. simul *cuncta.* --

656.

Ib. Pag. 134. Ep. 36. E. 2. Sicut -- veneranda mihi vestra sanctitas nouit, *vni* per sanctam Chalcedonensem synodum Pontifici sedis Apostolicæ, cui Deo disponente deseruio, hoc vniuersitatis nomen oblatum est.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Dele voculam vni *quia non habetur in Mss.*

657.

Ib. Pag. 135. D. 5. *Perpendite fratres charissimi*, *quid* è vicino subsequitur, cuius & in sacerdotibus erumpunt tam peruersa primordia.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege ex Mss. Perpendis frater charissime, quis *è vicino.*

658.

Ib. Pag. 136. A. 3. *Obtestor* ergo vt constanter ac sine præiudicio seruetis sicut accepistis Ecclesias, & nihil sibi in vobis hæc tentatio diabolicæ vsurpationis adscribat.

Mss. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege Oportet *ergo:ex Mss.*

659.

Ib. Pag 136. Ep. 36. A. 9. Si qua autem forsitan aduersa subsequuntur, vnanimiter persistentes, etiam moriendo debemus ostendere, quia in *damnando* generalitatis *nomine*, nostrum specialiter aliquid non amamus.

Mss a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Bas. 1564.

Lege ex Mss. Quia in damno *generalitatis, nostrum specialiter aliquid non amamus.*

660.

Ib. Pag. 137. Ep. 38. B 6. Quo ausu, quoue *timore* nescio, nouum sibi conata est nomen arripere, vnde omnium fratrum corda potuissent ad scandalum peruenire.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Io. Diac. Bas. 1564.

Lege tumore *pro* timore, *ex Mss.*

661.

Ib. Pag 137. Ep. 38. C. 4. *Consacerdotis* nostri Gregorij causa congregata est.

Mss a. b. c. d. e. f.

Lege Coepiscopi, *ex Mss.*

662.

Ib. Pag. 137. Ep. 38. E. 9. *Sic* ergo ille membra Dominici corporis certis extra Christum quasi capitibus, & ipsis quidem Apostolis subiici *particulariter* euitauit: tu quid Christo, vniuersalis *Sanctæ* Ecclesiæ capiti in extremi iudicij es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibimet conaris vniuersalis appellatione supponere?

Lege

Lege ex Mss. Si *ergo ille -- & pro* particulariter,*lege* partialiter: *pro* Sanctæ, scilicet. Mss. b. c. d. e. f. participaliter

663.

Ib. Pag.138. Ep.38. A.10. An non vniuersi Episcopi nubes sunt, qui & verbis prædicationis pluunt,& bonorum operum luce, *& miraculis* coruscant? Ms. a. Mss a. b. c. d. e. f. Io. Diac. Par 1571. Bas 1564.

Et miraculis, *non habetur in Mss.*

664.

Ib. Pag.138. Ep.38. B 8. Certè Petrus *Apostolus primum* membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularium sunt plebium capita?& tamen sub vno capite omnes membra -- *sunt Ecclesiæ.* Cit. à Theo. Petr. l. 1. Cōfess. Greg. p. 93.

Lege ex Mss. Certe Petrus Apostolorum primus: *& in fine huius periodi dele,* sunt Ecclesiæ. Mss. a. b. c. d. e. f. Io. Diacon.

665.

Ib. Pag 138. B.10. Atque, vt cuncta breui cingulo locutionis astringam, sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti, & nemo se vnquam vniuersalem *vocare* voluit. Cit. à Bell de Sūmo Pontif. To. 1 in append c. 7. p. 250

Lege, ex Mss. vocari. Mss. a. b. c. d. e. f.

666.

Ib. Pag.138. Ep.38. E.4. Omnia-- quæ prædicta sunt, fiunt. Rex superbiæ prope est, & quod dici nefas est, sacerdotum *est præparatus exitus:* quia ceruici militant elationis qui ad hoc positi fuerant, vt ducatum præberent humilitatis. Cit à Bell. To. 1. de Ro. Pontif l 3. c. 3. p. 855. a. & ib. c. 13. p. 892. c. & p. 898. c.

Lege, ex Mss. sacerdotum ei præparatur exercitus. Mss. a. b. c. d. e f.

667.

Ib. Pag.140. Ep.39. C.5. Nos rectam *vitam* tenemus, nihil in hac causa aliud nisi omnipotentem Dominum metuentes. Bellarm.

Lege ex Mss. Nos rectam viam tenebimus. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

668.

Ib. Pag.140. Ep.39. C.8. Vocem veritatis recolat, dicentis: maior est, qui in *cœlis est*, quam qui in mundo. Io. Diac. Io. 14.

Lege, qui in vobis *est, ex Mss.* Mss. a. b. c. d. e. f. Io Diac.

669.

Ib. Pag.142. Ep.43. D.7. Tua Ecclesia, iuuante Domino, suo tantummodo sit iure contenta, & monasterium illud nulli vlterius *aliqua ratione* generali canonicæve iurisdictioni deseruiens, remotis vexationibus ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa animi deuotione perficiat. † Mss a. b. c. d e f. * Citat Bell. de Rom. Pontif. l. 5. c. 10. p 1097. To. 2. de Clericis l. 1 c 13. p 34.

Lege, ex Mss. † *nulli vlterius* alij quam *generali.*

670.

Ib. Pag. 142. Ep. 44.* Gesta Synodi habitæ à B. Gregorio P. tempore Mauricij Augusti & in vrbe Roma. Cocc. part. 2. de ordine p. 99.

Non extant in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

671.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 146. Ep. 49. A. 4. Petro & *Prudentio.*

Lege ex Mss. Petro & Prouidentio.

672.

Ib. Pag. 146. Ep. 50. E. 1. O quam bona est charitas, quæ absentia per imaginem, præsentia sibimetipsis exhibet per amorem, diuisa vnit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta *consumat.*

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Basil. 1564. *Lege* consummat: *ex Mss.*

673.

Ib. Pag. 147. Ep. 50. B. 4. Qui videlicet error in subditis cum *argumento* propagatur.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. *Lege ex Mss. cum* augmento *propagatur.*

674.

Mss. a. b. c. d. e. f. Ib. Pag. 147. Ep. 51. E. 6. Ioanni *Episcopo* Corinthiorum.

Lege Archiepiscopo, *ex Mss.*

675.

Ib. Pag. 148. Ep. 52. E. 1. Ad hoc dispensationis diuinæ prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, *vera* concordiæ fieret ex diuersitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Cit. à Bell. To 1 l. 1 de Pōtif Rom. c. 9 p 634. b. & à Coccio par 1 de Angelis p. 347. *Lege pro* vera, vna *ex Mss.*

676.

Ib. Pag. 148. Ep. 52. E. 4. Quia vero *quæq;* creatura in vna eademque *qualitate* gubernari vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit.

Mss. a. b. c. d. e. f. *Dele* quæque, *ex Mss. & pro* qualitate, *lege*, æqualitate.

677.

Ib. Pag. 151. Ep. 56. E. 2. Vniuersis Episcopis per *Helladiam* prouinciam constitutis.

† Mss. a. b. c. d. e. * Ms. a. *Lege,* † Arellada, *vel* * Adrellada, *ex Mss.*

678.

Ib. Pag. 151. Ep. 56. E. 9. Gaudendum -- de correctione facinoris, dolendum verò de casu fratris. Sed quoniam plerumque alterius casus, alterius solet esse cautela: *quo quisque* cadere timet attendat, aditum hosti non præbeat, non putet latere quod agitur.

Mss. a. b. c. d. e. *Lege, ex Mss.* Hoc quisquis *cadere timet attendat.* --

679.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 152. Ep. 57. Seruis Domini nostri Iesu Christi. *Deest in Mss.*

Lib. 5. Epist.

680.

Ib. Pag. 153. Ep. 1. A. 6. Et quamuis *postquam hæreditas illius, successioq; repudiata est*, ad hæc te satisfacienda ratio nulla constringat: verumtamen ex abundanti &c.

Lege ex Mss. Et quamuis post hæredem ipsius posthumam *adhæc.* Mss. a. b. c. d. e. f.

681.

Ib. Pag. 153. Ep. 2. C. 8. *Mariani.* Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege Mariniani *ex Mss. & hoc colligitur etiam ex argumento huius Epistolæ in Editione Romana. De* Mariniano *Episcopo quod rectæ fidei sit.* Maximiani Par. 1571.

682.

Ib. Pag. 155. Ep. 6. B. 6. Sicut -- magnæ lampadis splendor, in *terræ* noctis obscuritate, luminis sui claritate fulgescit: ita fidei vestræ claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat ac coruscat. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege ex Mss. in tetræ *noctis obscuritate.*

683.

Ib. Pag. 155. Ep. 6. C. 1. Si qua sunt quæ eius animum offendere valeant, ea indiscussa non *sinat.* Mss. a. b. c. d. e.

Lege ea indiscussa non puniat.

684.

Ib. Pag. 155. Ep. 6. C. 2. Tunc -- verè regi regum, id est, omnipotenti Domino amplius placebit, si potestatem, suam restringens minus sibi crediderit licere *quam* potest. Mss. a. b. c. d. e.

Lege ex Mss. quod *potest.*

685.

Ib. Pag. 156. Ep. 7. A. 2. Nec -- callido hosti in cordibus vestris vllus erit accessus: quoniam scit se *nullatenus* nec capi posse nec recipi, vbi plene *sincereq;* locum charitas inuenerit. Mss. b. c. d. e.

Lege vllatenus -- *& paulo post, vbi plene* sincera. --

686.

Ib. Pag. 156. D. 1. Epist. 8. Gregor. Dono Episcopo Messanensi: *deest in omnibus Mss. Codicibus.*

687.

Ib. Pag. 156. Ep. 9. E. 5. Loci *deserti habitatio.* Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege loci desertio, *ex Mss.*

688.

Ib. Pag. 157. Ep. 11. D. 1. *Gratiarum* - diaconum. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Io. Diac. Bas. 1564.

Lege Gratianum, *ex argumento huius Epistolæ, & Mss.*

689.

Ib. Pag. 157. Ep. 11. D. 4. Petitionem tuam non præuidimus *differentiam.* Mss. a. b. c. d. e. f Par. 1571. Io. Diac.

Lege non præuidimus differendam *ex Mss.*

690.

Ib. Pag.159. Ep.14. A.5. Charitas vestra sollicitudinem nostræ opinionis habens, scribere studuit, quid de illo Codice qui contra Athanasium presbyterum transmissus est, *sensi*.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege, sensit, *ex Mss.*

691.

Ib. Pag 159. Ep. 14. D.2. Romani -- Codices multo veriores sunt, *quam Græci* : quia *nostri* sicut non acumina, ita nec imposturas *habent*.

Mss a. b. c. d. e f.

Lege, ex Mss. veriores sunt Græcis: *quia nos* vestra *sicut* - *ita nec imposturas habemus*.

692.

Ib. Pag.161. C.1. Epistola 18. Gregor. Ioanni Episcopo Syracusano: *deest in omnibus Mss. Codicibus*.

693.

Mss. b. c. d. e. Par.1571.

Ib. Pag.163. Ep.24. D.4. *Virgilio* Diacono.

Lege, Vigilio, *ex Mss.*

694.

Ib. Pag.163. Ep.24. E.3. Si -- de illa ciuitate vbi princeps est, ad nostram causa cognitionem deducta est : quanto magis negotium quod *contra* vos est, hic est veritate cognita terminandum.

Mss. a. c. d. e. inter Ms. b.

Lege, ex Mss. intra.

695.

Ib Pag.164. Ep.25. C.9. Et nobis & omnibus notum est piissimos Dominos disciplinam *dirigere*, ordines seruare, canones venerari, & se in causis sacerdotalibus non miscere.

Mss. b. c. d. e.

Legunt Mss. disciplinam diligere.

696.

Ib. Pag.165 Ep.26. B 1. *Dilectissimis filiis*, *Clero*, *& nobilibus Salonæ consistentibus*.

Mss. a. b. c. d. e.

Lege, ex Mss. Presbyteris, Diaconibus, Clero, Nobilibus, populo Iadertæ consistentibus.

697.

Ib. Pag.166. Ep. 28. C.7. Instanter admoneo, quod *sic rectè consideres*, vt non plus pecuniæ quam animabus studeas.

Mss. a. b. c. d. e.

Lege, ex Mss. instanter admoneo, quod districtè considera.

698.

Mss. a. b. c. d. e. † Io. Diac.

Ib. Pag. 66. Ep 29 E.1. *Secundino* seruo Dei, *non à paribus*.

Lege ex Mss † Secundo *seruo Dei* Rauennæ.

699.

Ib. Pag.167. Ep.30. C.1. *Fratribus & Coepiscopo, Sacerdotibus, Leuitis, & omni populo* Rauennæ.

Mss. a. b. c. d. e.

Legas, ex Mss. Mariniano Episcopo Rauennati, cum cæteris fratribus & coepiscopis sacerdotibus, Leuitis, Clero, nobilibus, populo, militibus, ciuitate Rauennæ consistentibus, vel ex ea foris degentibus.

Ib.

700.

Ib. Pag.168. Ep.31. A.10. Si Paganos, quos mercimonij causa de externis finibus emerint, intra tres menses dum emptor cui vendi debeant, *non* inuenitur, fugere ad Ecclesiam fortè contigerit, & velle se fieri dixerint Christianos, vel etiam extra Ecclesiam, hanc talem voluntatem prodiderint, pretium eorum *ibi* à Christiano, scilicet emptore percipiant.

Lege ex Mss. dum emptor cui vendi debeant, inuenitur: & paulo post -- pretium eorum à Christiano &c. — Mss. b. c. d. e. Io. Diac.

701.

Ib. Pag.169. Ep.34. E.9. Quoscunque -- redemeris, subtiliter notitiam, quæ nomina eorum, vel quis vbi maneat, siue quid agat, seu vnde sit *contineat*, facere modis omnibus studebis. — Mss. a. b c. d. e.

Lege, ex Mss. seu vnde sit, continuò *facere.* --

702.

Ib. Pag.171. Ep.38. B.2. Pro *dispendiorum* suorum subsidio -- annis singulis octo solidos dare te volumus. — Mss. b. c. d. e.

Legas, ex Mss. pro stipendiorum *suorum subsidio.*

703.

Ib. Pag.176. Ep.52. D.9. Quem ad gubernationem *patrimoniali* Ecclesiæ nostræ transmisimus. — Mss. a. b. c. d e. Par. 1571.

Lege ex Mss. patrimonioli.

704.

Ib. Pag.177. Ep.55. D.2. *Protasio* Episcopo *de Aquis Galliæ.* — Mss. a. b. c. d. e.

Lege ex Mss. Protagio *Episcopo.*

705.

Ib. Pag.182. Ep.63 C.4. Insanis mentibus correptionis medicinam adhibeat, & errorum ab eis *morbos* expellat. — Mss. a. b. c. d e.

Lege, morsus, *ex Mss.*

Lib. 6. Epist.

706.

Ib. Pag.185. Ep.4. B 10. Cum omnipotens Deus personam ad prædicandum quæreret, dicens: Quem mittam, & quis ibit *ex vobis?* vltrò se Isaias obtulit dicens: Ecce ego, mitte me. — Isa. 6. Mss. a. b. c. d. e.

Lege -- quis ibit nobis? *ex Mss.*

707.

Ib. Pag.186. Ep.4. A 2. Illius -- nobis virtus quærenda est, & gratia postulanda, sine quo nusquam absque *periculo &* culpa, cum quo nusquam sine iustitia *esse non possimus.* Curandum ergo est, vt perturbatio cogitationum non exuperet animum: nam repelli funditus, nullatenus potest.

Lege ex Mss. sine quo nusquam absque culpa, cum quo nusquam sine iustitia. Curandum &c. — Mss. a. b. c. d. e. f.

708.

Ib. Pag. 186. Ep. 4. C. 10. Sollicìti seruare vnitatem spiritus in *vincula* pacis.
Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.
Lege, in vinculo *pacis ex Mss.*

709.

Ib. Pag. 189. Ep. 8. C. 5. Magnas omnipotenti Deo gratias refero, quia & *diuisi* corporibus, nobísque à vobis recedentibus longè, charitas inter nos permanet indiuisa.
Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.
Lege diuisis *corporibus ex Mss.*

710.

Ib. Pag. 189. Ep. 8. D. 4. Vbi plurimæ segetes, ibi *maxima* fortitudo boum. Manifestatur enim virtus prædicantium, vbi surgit seges animarum.
Mss. b. c. d. e.
Lege pro maxima, manifesta, *ex Mss.*

711.

Ib. Pag. 189. Ep. 9. E. 10. Nullius persona vos à vigore disciplinæ emolliat, neque vehemens *dedignatio* in rigore, quod absit, aliquo immoderatæ districtionis obduret.
Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.
Legatur, ex Mss. indignatio.

712.

Ib. Pag. 190. Ep. 9. A. 1. Audio quod *aliquo* de his quæ scripsisse me memini, fraternitas vestra ad mensam suam coram extraneis legi faciat.
Mss a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Io. Diac.
Lege, quod aliqua *de his ex Mss.*

713.

Ib. Pag 190. Ep. 10. A. 7. Agnello Episcopo.
Mss. a. b. c. d. e. f.
Lege, Agnello Abbati *ex Mss.*

714.

Ib. Pag 190. Ep. 10. C. 4. Eos orationi decet instantius adhærere, quatenus pia cœpta eorum, suæ propitiationis dono *perficiant*, & imperfecta ad cumulum *faciant* perfectionis *ascendere*.
Mss. a. b. c. d. e f.
Dominus *dono* perficiat, *& imperfecta* eorum *ad cumulum* faciat *perfectionis* accedere. *Ita Mss.*

715.

Ib. Pag. 191. Ep. 12. A. 10. Die -- Natalis -- *Episcopo illic* missarum sacra conueniat celebrare.
Mss. a. b. c. d. e.
Mss. Episcopus illuc.

716.

Ib. Pag. 192. Ep. 14. C 2. *Marianum* defensorem *nostrum*.
Mss. a. b. c. d. e. f.
Lege, Marinianum *defensorem* vestrum.

717.

Ib. Pag. 193. Ep. 15. A. 8. Cum hoc sit contrarium dicenti prophetæ Dauid: in Inferno autem quis confitebitur tibi? Et *Apostolus*: Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.
Mss. a. b. c. d. e. f.
Lege, & Apostolo, *ex Mss.*

Ib.

718.

Ib. Pag. 193. Ep. 16. Agnello Episcopo Terracinensi. Mss. a. b. c. d. e.

Non extat in Mss. Codicibus.

719.

Ib. Pag. 194. Ep. 17. A. 4. Scriptis te præsentibus adhortamur: quatenus ad nos mora submota venire non differas, sed & alios tecum, quos tamen potueris Episcopos, cæterosque religiosos festines adducere: vt causa subtilius examinata & *nostra*, si *rex* exegerit, congrue, decentérque debeat absolutio prouenire, & hi qui in peccato eiusdem *temeritate*, collapsi sunt, ad viam salutis, reuocentur. Mss a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege ex Mss. vt causa subtilius examinata, & vestra *si* res *exegerit -- & paulo post, qui in peccato eiusdem* temeritatis.

720.

Ib. Pag. 196. Ep. 23. D. 1. Theotistæ *pariter & Andreæ.* Mss. a. b. c. d. e. f.

Theotistæ patritiæ, *ita Mss.*

721.

Ib. Pag. 196. Ep. 23. D. 9. Agamus -- gratias ei spiritui, qui corda quæ implet, leuat, qui inter tumultus hominum, solitudinem in mente facit. In cuius præsentia nullus locus compunctæ animæ est secretus. Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege ex Mss. nullus locus -- non *est secretus.*

722.

Ib. Pag. 196. Ep. 23. E. 5. Inter causarum fluctus, quos assiduè patitur, ex quibus velit nolit foras trahitur, semper ad amorem cœlestis patriæ *interitus* reuocetur. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege interius, *ex Mss.*

723.

Ib. Pag. 197. Ep. 23. B. 2. Sunt -- nonnulli, qui iam in dono *percipiunt* libere pro iustitia *loqui*, oppressos tueri, propria tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram Australem & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent. *In bonis enim* operibus positi, in quibus magni atque feruentes sunt, *optant* valdè, vt aut timore supplicij, aut amore regni cœlestis peccata sine quibus viuere non possunt, quotidie plorent. Iosue 15.

Lege in prima periodo ex Mss. perceperunt, *&* eloqui: *& in posteriori,* Quia *in bonis operibus positi --* oportet *valde &c.* Mss. a. b. c. d. e. f.

724.

Ib. Pag. 179. Ep. 23. C. 8. Verba -- nutrientium aut lac *dant*, si bona sunt, aut venenum si mala. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege, aut lac erunt, *si bona sunt.*

725.

Ib. Pag 97. Ep. 23. F. 9. Dum eam quidam *Longobardorum* ciuitatem ingressus -- inuenisset.

Mss. a. b. c. d. e. f. *Lege, ex Mss. dum eam quidam* Longobardus.

726.

Ib. Pag 198. Ep.23. A.8. Ipsam ergo vestræ excellentiæ (his verbis concludit epistolam ad Theotistam patritiam) transmittere studui, per quam omnipotens Deus superbientem & perfidum hominem peremit, vt per eam vos *qui* eum timetis & diligitis, & præsentem salutem & æternam habere valeatis.

Mss. a. b. c. d. e. f. *Legas, ex Mss.* quæ *eum timetis.*

727.

Ib. Pag.198. Ep.24. D.1. Hæc mihi & piissimus dominus filius *noster*, pro cuius vita incessanter orandum est iam sæpius scripsit, & quod ille ex potestate, scio quia hoc vos ex amore dicitis.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. *Lege, filius* vester, *ex Mss.*

728.

Ib. Pag.199. Ep.25. B.1. Scriptum est: Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te *orabit.* Eccl. 29. 15.

Mss. a. c. d. e. f. *Lege*, exorabit, *ex Mss.*

729.

Ib. Pag.199. Ep.26. C.7. Andreæ *Scholastico.*

Mss. a. b. c. d. e. f. *Dele* Scholastico, *ex Mss.*

730.

Ib. Pag 199. Ep.26. E.1. Vita nostra nauiganti est similis. Is namque qui nauigat, *stat, sedet, iacet*, vadit: quia impulsu nauis ducitur. Ita ergo & nos sumus, qui siue vigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquentes, siue ambulantes, siue volentes, siue nolentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus.

Mss. a. b. c. d. e. f. *Legas cum Mss* stet, sedeat, iaceat, *vadit.*

731.

Ib. Pag.200. Ep.26. A.8. Cum glorioso *Gallitio* venerunt.

Mss. b. c. d. e. f. Callicimo Ms. a. *Legas, ex Mss. cum glorioso* Callicino.

732.

Ib. Pag.200. Ep 27. C.10. Sic ignis flatu premitur vt crescat. Scio quidem quia ex tot malarum linguarum sermonibus peruersis tempestatem validam pateris, in mente *contradictionem* fluctus sustines.

Mss. a. b. d. e. f. Par. 1571. *Lege*, contradictionum *fluctus, ex Mss.*

733.

Ib. Pag.201. Ep.27. A.4. *Christiodoro.*

Mss. a. b. c. d. e. *Lege*, Christidoro, *ex Mss.*

734.

Ib. Pag.201. Ep.27. A.2. Quod scribitis vt -- filiæ meæ domnæ Gurdiæ -- domno Marino -- scribere debeam, -- bene scit vestra magnitudo, quia hodie in Constantinopolitana ciuitate, qui *de*

Græco in Latinum & de Latino in Græcum dictata bene transferant non sunt. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Dele hæc verba de Græco in latinum &c, *ex Mss.*

735.

Ib. Pag. 202. Ep. 29. A. 6. Quia bonus homo de bono thesauro cordis sui *bona profert*, hoc tua charitas & *spiritualiter* viuendo, & modo mihi in epistola sua loquendo monstrauit.

Legas ex Mss. Quia -- proferat bona, *hoc tua charitas, &* semper *viuendo, & modo in epistola sua.* Mss. a. b. c. d. e. f.

736.

Ib. Pag 202. Ep. 29. C. 2. In hoc -- te altum, in hoc te magnum aspicio, *qui* ante humanos oculos in magno atque in alto loco minimè profecisti: in quo sæpe dum exterius ab *omnibus* honor tribuitur, ad ima animus mergitur, quia curis discerpentibus grauatur. Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege quia *ante & ab* hominibus: *ita Mss.*

737.

Ib. Pag. 203. Ep. 30. C. 2. *Consacerdotem* meum studiose admonere curaui. Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege, Coepiscopum -- *ex Mss.*

738.

Ib. Pag. 206. Ep. 33. A. 6. In quo iacula illius illisa frangantur, & cor nostrum percussionis ipsius contactu non *vulnerentur.* Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege vulneret, *ex Mss.*

739.

Ib. Pag 206. Ep. 35. D. 2. *Bono* Episcopo. Mss. a. b. c. d. e.

Lege Dono *Episcopo, ex Mss. Domino Gill.*

Lib. 7. Epist.

740.

Pag. 210. A. 5. De causa Maximi Præuaricatoris eiúsque satisfactione & pœnitentia.

Leuatus est Maximus præsumptor &c. *Præfatio hæc desideratur in omnibus Mss.*

741.

Ib. Pag. 211. Ep. 3. E. 1. Anastasio *Episcopo* Antiocheno. Mss a. b. c. d. e. f.

Lege Anastasio Patriarchæ *Antiocheno, ex Mss.*

742.

Ib. Pag. 213. Ep. 4. A. 2. *Bono* Episcopo. Mss. a. b. c. d. e.

Lege, Dono, *ex Mss.*

743.

Ib. Pag. 213. Ep. 4. B. 5. *Tabulam* verò auream quam prædictus vir moriens pariter reliquit, considerare, vt arbitror, debuistis. † Ms. b. Par. 1571. * Mss. a. c. d. e.

Lege † fibulam, *vel* * phybulam *cum Mss.*

744.

Ib. Pag. 213. Ep. 4. B. 9. Noueris nos *illicitam* antiquam consuetudinem à nostra Ecclesia omnino vetuisse, nec cuiquam assensum præbere, vt loca *humani* corporis pretio possint adipisci.

Mss. a. b. c. d. e. *Lege ex Mss. Noueris nos antiquam consuetudinem* nostram, *à nostra -- & pro,* humani, *lege* humandi.

745.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 215. Ep. 6. Venantio Episcopo Lunensi.
Deest in Mss.

746.

Ib. Pag. 216. Ep. 8 B. 2. Per *decimum quintum* nuper indictionem elapsam Ecclesiæ tuæ Acoluthi - quædam conquesti sunt.

Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. *Lege* quintam decimam *ex Mss.*

747.

Ib. Pag. 219. Ep. 14. B. 8. Tanto latius quanta in *nobis* sollicitudo Ecclesiastici ordinis, quantaque cura sit rectitudinis indicauit.

Mss. a. b. c. d. e. *Legendum proculdubio, quanta in* vobis, *ex Mss.*

748.

Ib. Pag. 219. Ep. 14. C. 10. Eum ab inuio itinere lingua *ducite,* & actione reducite.

Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. *Lege ex Mss. lingua* duce *& actione, reducite.*

749.

Ib. Pag. 220. Ep. 16. C. 4. *In defendendis partibus* iustitiæ constanter insiste. Odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non renuas: vt tanto maiorem in aduentu Redemptoris nostri fructum mercedis inuenias, quanto eius mandata non negligens, in fauorem iustitiæ & defensionem impenderis.

Mss. a. b. c. d. e. *Legas ex Mss. In* defendendas partes *-- & paulo post, in fauorem* te *iustitiæ, &c.*

750.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 220. Ep. 17. D. 2. Bonifacio *primo defensori.*
Lege ex Mss. Bonifacio de priuilegiis defensorum.

751.

Ib. Pag. 221. Ep. 18. C. 3. Interdicimus igitur, vt nullus episcoporum aut sæcularium vltra audeat de redditibus, de rebus vel chartis prædicti monasterij, vel de loco aliquo, qui ad id pertinet, quocunque modo, qualibet *occasione* minuere.

Mss. a. b. c. d. e. *Lege ex Mss Nullus igitur vltra audeat -- qualibet* exquisitione *minuere.*

752.

Ib. Pag. 222. Ep. 19 A. 7. Quod communem filium Claudium -- longa apud nos -- mora retinuit, res illa fecit quod magnum nobis, sicut nostis, erat in verbo Dei solatium: quem etiam hic adhuc volueramus diutius retinere, *nisi & ipsum* ad suum monasterium *festinare,* & nos congregationi fratrum *eis* præsentiam esse omnino necessariam *sciremus.*

Lege

Lege ex Mss. si & ipse *ad suum monasterium* non festinasset, *& nos congregationi fratrum* eius *præsentiam esse omnino necessariam* nesciremus. Mss. a. b. c. d. e.

753.

Ib. Pag. 222. Ep. 20. D. 3. Quia -- comperimus multos se à murorum vigiliis excusare, *si* fraternitas vestra sollicita, *vt* nullum neque per *nostrum* vel Ecclesiæ nomen aut quolibet alio modo defendi à vigiliis patiatur.

Lege ex Mss. sit *fraternitas vestra sollicita, & nullum neque per* nostræ *vel Ecclesiæ* suæ *nomen.* -- Mss. a. b. c. d. e.

754.

Ib. Pag. 222. Ep. 21. E. 2. *Gregorij* cuiusdam. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege Georgij *cuiusdam, ex Mss.*

755.

Ib. Pag 223. Ep. 22. B. 1. Se -- per decem & *nouem* annos in eius asserit seruitio permansisse. Mss. b. c. d. e.

Lege per decem & octo *annos, ex Mss.*

756.

Ib. Pag. 224. Ep. 24. A. 2. *Faustino* defensori. Mss. a. b. c. d. e.

Lege Faudino, *ex Mss.*

757.

Ib. Pag 225. Ep. 25. A. 1. Quicquid ad vtilitatem ac quietem charitatis vestræ, vel filiorum vestrorum pertinet, Creatoris nostri auxilio suffragante *augere* strictè ac studiose festinet. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege, agere *ex Mss.*

758.

Ib. Pag. 225. Ep. 25. B. 1. De quibus scriptis charitatis vestræ *non* subtilius volumus informari. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege ex Mss. Nos *subtilius volumus informari.*

759.

Ib. Pag. 225. Ep. 25 B. 3. Vt quidquid ad honoris vestri reuerentiam, vel *gentium* præfatæ Ecclesiæ pertinet, libenti animo *parare* possimus.

Lege pro gentium, genium -- *&* reparare *loco eius quod est in contextu.* Mss. a. b. c. d. e.

760.

Ib. Pag. 227. Ep. 30. A. 2. Eulogio *Episcopo* Alexandrino. Mss. a. b. c. d. e. f. Io. Diac.

Lege Patriarchæ *Alexandrino.*

761.

Ib. Pag. 227. Ep. 30. B. 1. De doctrina Alexandrinæ Ecclesiæ *de conuersione* hæreticorum. Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege ex Mss. De doctrina Alexandrinæ vrbis *hæreticorum.*

762.

Ib. Pag. 227. Ep. 30. E. 7. Ego -- non verbis quæro prosperari, sed moribus. Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor

est honor vniuersalis Ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor: Tum *ergo* verè honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba quæ vanitatem inflant & charitatem vulnerant.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. *Lege pro ergo, ego, ex Mss. & paulo post, quod* in *me fatetur vniuersum. Postremo lege vanitatem inflant, charitatem vulnerant.*

763.

Ib. Pag 229. Ep. 33. B 2. Eidem monasterio quædam contra ea quæ à prædecessoribus vestris *promissa* ac consuetudine longa seruata sunt, festinetis superinducere.

Mss. a. b. c. d e. Par. 1571. *Lege,* permissa, *ex Mss. occurrit hoc mendum bis in eadem epistola eodem pacto corrigendum.*

764.

Ib. Pag. 230. Ep. 34. A. 5. Ioseph in Ægyptum ductus terreno palatio seruiuit, curam ministerij in rebus temporalibus gessit, quicquid *iniustè* regno transitorio debebatur, exhibuit.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. *Lege, quicquid* iustè *regno -- ex Mss.*

Lib. 7. Epist. Indict. 2.

765.

If. 65. 21. Ib. Pag 230. Ep. 1. E. 10. Propheta dicit: & *puer* centum annorum maledictus est.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Io. Diac. *Lege ex Mss.* Et peccator *centum annorum maledictus est. Confirmant hanc lectionem sequentia. Tanta autem nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit vt eam nisi adhuc humanius pensaremus, fixa iam maledictione feriremus.*

766.

Ib. Pag 231. Ep. 2. E. 9. Quicquid de his *oratio* suaserit, Domino valeat reuelante disponi.

Mss. a. b. c. d. e. *Lege ex Mss. Quicquid de his* ratio *suaserit.--*

767.

Ib. Pag. 232. Ep. 3. Marcellino proconsuli Dalmatiæ.

Mss. a. b. c. d. e. *Non habetur in membranis.*

768.

Ib. Pag. 232. Ep. 4. Andreæ Scholastico.

Mss. a. b. c. d. e. *Non extat in Mss.*

769.

Ib. Pag. 233. Ep. 6. D. 8. Quorum quia zelus non solum laudandus, verum etiam omnino fouendus est, hortamur te, vt cum omni viuacitate ac sollicitudine fraternitatis hoc vestræ rimari cura non desinat. Et si *in* hac eos *sontes* prauitate repererit, scandalum de filiorum suorum manibus habita eorum satisfactione remoueat.

Lege

Lege, Etsi ab *hac eos* insontes *prauitate ex Mss. exemplaribus.* Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

770.

Ib. Pag. 233. Ep. 6. E. 1. Sequitur, Atque inter omnes hæreses specialiter Seuerum ac Nestorium anathematizent, vt quibus sinistra de eis suspicio *genuit discessionem, amor fidei remoueat, gignátque* purificatio charitatem.

Legas, ex Mss. vt quibus sinistra de eis suspicio dissentionem amore fidei genuit, gignat *purificatio charitatem.* Mss. b. c. d. e. f. Par. 1571.

771.

Ib. Pag. 234. Ep. 8. E. 6. Innocentio, Mariniano &c.

Legas ex Mss. Vincentio, *Innocentio &c.* Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

772.

Ib. Pag. 235. Ep. 9. D. 6. Vbi domnus Iustinus consilium præbet, qui pacem cum catholica Ecclesia non habet, ibi non possunt hæretici *adduci.*

Lege, addici, *ex Mss.* Mss. a. b. c. d. e.

773.

Ib. Pag. 237. Ep. 13. B. 5. *Seuero* Episcopo.

Lege, Sereno *Episcopo, ex Mss.* Mss. a. b. c. d. e.

774.

Ib. Pag. 237. Ep. 13. B. 6. Passiuus frater -- indicauit, *argumentum* Ecclesiæ suæ à decessore suo Fabio apud Serenum diaconum tuum pro temporis qualitate esse depositum.

Lege, argentum *ex Mss.* Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

775.

Ib. Pag. 237. Ep. 15. E. 7. Fortunato Episcopo Neapolitano.

Deest in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

776.

Ib. Pag. 238. Ep. 16. B. 1. Romano defensori.

Deest in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

777.

Ib. Pag. 238. Ep. 17. Romano defensori;

Non extat in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

778.

Ib. Pag. 239. Ep. 18. A. 2. Colonis patrimonij Syracusani.

Deest in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

779.

Ib. Pag. 239. Ep. 19. B. 5. Petro Siciliensi.

Deest in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

780.

Ib. Pag. 239. Ep. 20. D. 1. Libertino Expræfecto:

Deest in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

781.

Ib. Pag. 239. Ep. 21. E. 5. Libertino Ciridano:

Deest in Mss. Mss. a. b. c. d. e.

782.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 240. Ep. 22. A. 9. Ioanni Episcopo Syracusano.

Deest in Mss.

783.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 240. Ep. 23. C. 3. Romano Defensori.

Deest in Mss.

784.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 241. Ep. 25 B. 1. Fortunato Episcopo Neapolitano.

Deest in Mss.

785.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 241. Ep. 26. C. 7. Clero, ordini, & Plebi consistenti Messanæ.

Deest in Mss.

786.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 241. Ep. 27. E. 5. *Dometiano* Abbati.

Lege ex Mss. Dometio, *bis in hac Epistola.*

787.

Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Ib. Pag. 242. Ep. 28. D. 3. Agit de contentione Adeodatæ & matris eius. -- His fraternitatem vestram Epistolis adhortamur, vt prædictam matrem ipsius ad se faciat euocari, & tranquilla ei adhortatione suadeat, vt facere sponte non desinat ad quod legali potest ratione compelli: quatenus nec *iste* videatur præiudicium sustinere.

Lege ex Mss. Quatenus nec illa affligi, nec hæc *videatur præiudicium sustinere.*

788.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 243. Ep. 30. B. 6. *Consentius* defensor.

Legas ex Mss. Constantius.

789.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 243. Ep. 31. C. 5. Anthemio Subdiacono.

Deest in Mss.

790.

Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Ib. Pag. 243. Ep. 32. D. 7. Andreæ *Scholastico.*

Dele Scholastico: *ex Mss.*

791.

Mss. b. c. d. e. Par. 1571. Ib. Pag. 244. Ep. 33. B. 7. Hæc consecratio & illis ante Deum ad gloriam, & *habitandi* illic populo proficiat ad salutem.

Lege habitanti, *ex Mss.*

792.

Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. Ib. Pag. 245. Ep. 35. A. 4. *Res* quæ culpa caret, ad damnum vocari non conuenit.

Lege, ex Mss. Rem *quæ culpa caret.*

793.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag 245. Ep. 37. E 7. De *quadringentis* quinquaginta.

De trecentis *quinquaginta, Ita Mss.*

Ib.

794.

Ib. Pag.247. Ep.40. A.2. Romano Defensori. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

795.

Ib. Pag.247. Ep.41. C.5. Prodesse nobis eandem pacem quemadmodum à *nobis* facta est sentiamus. Mss. a. b c. d. e. Par. 1571.

Legas,à vobis, *ex Mss. Nam Agilulpho Regi gratias agit de pace facta vtrisque partibus profutura.*

796.

Ib. Pag.247.Ep.42.D.3. Theodelindæ Longobardorum Reginæ. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

797.

Ib. Pag.248.Ep.43. A.2. Felici in Sicilia. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

798.

Ib. Pag.249. Ep.46. C.2. *Sabino Diacono.* Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege ex Mss. Sauino Subdiacono.

799.

Ib. Pag.249. Ep.47. E.1. Paulino Episcopo Taurensi, Proculo Episcopo Nicoteræ, Palumbo Episcopo Consentiæ, Venario Episcopo Vinomensi, Marciano Episcopo Locrensi. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

800.

Ib. Pag.251. Ep.49.A.2. Bonæ Abbatissæ. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

801.

Ib. Pag.251. Ep.50.E.1. Cleri ciuiumque illinc venientium nósque precibus *arguentium.* Mss. a. b. c. d. e.

Legatur, vrgentium *ex Mss.*

802.

Ib. Pag.252. Ep.52. C.6. Sebastiano Episcopo. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

803.

Ib. Pag.253. Ep.53. B.3. Quatenus & ipsi -- eligere debeant sacerdotem, ne diu, & tali præsertim tempore, pastoris proprij sint regimine *destituta.* Mss. a. b. c. d. e.

Lege, destituti *ex Mss.*

804.

Ib. Pag.253. Ep.54. D.5. Nos quidem qui vitam cum pluribus ducimus, etsi formidolosi ac timidi, tamen quia contra antiquum hostem bella proposuimus, quasi in acie stamus. Vos autem qui solitariam vitam ducitis, quid aliud quam *monachos* dixerim, qui feruore virtutis etiam ante aciem exire festinatis? Cur ergo eum non singulariter hostis impetat, à quo se impeti singulariter spectat? Mss. c. d. e. f. g.

Lege, monomachos, *ex Mss.*

805.

Ib. Pag. 254. Ep. 54. B. 9. Quid tot labores proderunt, si in vnitate fidei *inuenta* non *fuerit* quæ ante Dei omnipotentis oculos in bonis actibus animam præcipue custodit.

Mss a. b. c. d. e. f. g. h.

Lege, ex Mss. si in vnitate fidei inuenti *non* fuerint.

806.

Ib. Pag. 254. Ep. 54. E. 10. Hæc paucis dixi, quia ex quibus præcipuè caulis hac in re dubitationem tua charitas habet, in epistolis non inueni. [Et quia tua sanctitas hoc à nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse: Ideo sanctas nos generales synodos à Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur: quia ipsum sequentes, cæteræ in cunctis canonicis sententiis vnanimiter concordant. Nam & nos præcedentes Patres sequi debemus, qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, vsque ad quartum altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore, ita & in crimine, & quem maior sequitur culpa, maiori plectatur vindicta, & sic postea pœnitentia credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem, dicente propheta: Numquid qui cadit, non adiiciet vt resurgat? Et: Qui auersus est, non reuertetur? Et peccatori ait; In quacunque die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Vnde & Psalmista ait. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum tuum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum sanctum ne auferas à me. Dum enim petiit, ne à Domino proiiceretur pro culpa sua, alienam rex propheta simul rapuisse vxore tremefactus expauit. Et propheta indicante flagitium suum, pœnitentiam agens addebat: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim condignam Deo pœnitentiam non fecisset, nequaquam aliis prædicaret. Ait enim: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Dum enim peccata prospexit propheta mundatus per pœnitentiam, non dubitauit prædicando curare aliena, & sacrificium de semetipso Deo offerre studuit, cum dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Ad hoc ista sufficerent, sed omnis sententia, quo plus sacræ Scripturæ testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. De hoc peccantibus dicitur: Peccator in quacunque die conuersus ingemuerit, saluus erit: omnes iniquitates eius obliuioni tradentur. Si enim Redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed iustificare venit, in obliuione peccantium delicta dereliquit: quis hominum condemnanda reseruat, cum Apostolus dicat:

Citãtur hæc verba à Th. Petreo lib. Confess. Greg. p. 89.

Ps. 40. Ier. 8. Isa. 30. Ps. 50.

Ibidem.

Ezech. 18.

Si

Si Deus iustificat, quis est qui condemnet? Ad fontem misericordiæ recurrentes, Euangelij proferamus sententiam: Gaudio, inquit, super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super nonaginta-nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Et ouem perditam, nonaginta nouem non errantibus relictis, humero pij pastoris ad ouile reportatam Dominus ipse testatur. Si ouis perdita errans post inuentionem ad ouile humero reportatur, cur iste post pœnitentiam ad Ecclesiæ ministerium lapsus non reuocetur? Sicut in Apocalypsi dicitur, de ministerio Ecclesię: memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo verbo hunc ipsum B. Petrum Apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia secuta est, & post pœnitentiam misericordia data est: quia postea ab Apostolatu eum non expulit, quia ante quidem ipsum se negare prædixit. Tibi hæc fili carissime dicta sufficiant, vt illum quem conspicis delicta fletu delere, in conspectu diuinitatis non dubites misericordiam consequi: quia ille peccatorum reuersum non despicit, qui peccatores sanguine suo redimere venit.]

Rom. 8.
Luc. 15.
Apoc. 2.

Hæc omnia ab, in Epistolis non inueni, *desunt in Mss.*

Mss. a. b. c. d. e. f. g. h.

807.

Ib. Pag. 256. Ep. 54. C. 1. Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidum diaconum rogasti misimus. Vnde valde nobis tua postulatio placuit: quia illum toto corde, tota intentione quæris cuius imaginem per oculis habere desideras, vt te visio corporalis quotidiana reddat exercitatum: vt dum picturam illius vides, ad illum animo inardescas, cuius imaginem videre desideras: Ab re non facimus, si per visibilia inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium ardenter videre desiderat, aut sponsam amans videre conatur, si contigerit eã, ad balneum, aut ad Ecclesiam ire, statim per viam incedenti se præparat, vt de visione eius hilaris recedat. Scio quidem quod imaginem Saluatoris nostri non ideo petis, vt quasi Deum colas, sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre desideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem aut natum, aut passum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem Dei Saluatoris & sanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumq; Apostolorum Petri, & Pauli continentes per supradictum filium nostrum diaconum, & vnã crucem, clauem etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis, vt per ipsum à maligno defensus permaneas cuius signo te esse munitum credis, & ex eo te protegat, qui iuuenilia

Citatur hoc fragmẽtum à multis, à Bell. To. 2. de Imaginibus l. 2. c. 10. p. 968. & ib. c. 16. p. 996. & ib. c. 11. p. 972. a. à Coccio par. 1. de Sãctis Ecclesiæ p. 560. & à Theod. Petreo l. 4. Confess. Greg. p. 184.

ſemper ſuggerit recordari, vt in bonis tuis actibus perſeueres, vt in eius amore vſque ad fidem permaneas, pro cuius amore ſolitarius deſideras habitare, vt alios in eius amore accendas, propter quem te feciſti haberi, vt vitæ huius mala quæque inimicus ſuggerit retro acta mentis prouentibus quaſi facibus inardeſcas, pro cuius amore vitam etiam velis finire, ipſe quoque te protegat vſque in finem, qui cunctum mundum dignatus eſt redimere Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui viuit & regnat, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Hæc omnia deſunt etiam in Mss. vno tantum excepto, qui in finem Epiſtolarum reÿcit ſub hac inſcriptione. SENTENTIA B. GREGORII P. DE IMAGINIBVS EXCERPTA DE DECRETIS CANONVM.

808.

Mss. a. b. c. d. e. — Ib. Pag. 258. Ep. 57. B. 2. Villa *Auriana.*
Lege, Mauriana, *ex Mss.*

809.

Mss. a. b. c. d. e. — Ib Pag. 258. Ep. 58. C. Anatholio Diacono Conſtantinopolitano.
Deeſt in Mss.

810.

Mss. a. b. c. d. e. — Ib. Pag. 258. Ep. 59. E. 1. Fantino Defenſori Panormitano.
Deeſt in Mss.

811.

Mss. a. b. c. d. e. — Ib. Pag. 259. Ep. 60. B. 3. Fantino Defenſori. *Deeſt in Mss.*

812.

* Mss. a. b. c. d. e. — Ib. Pag. 259. Ep. 62. E. 5. De negotiis *ciuilibus* exorta cauſatio, maioris - requiſitionis indiget.
Legas, vilibus *ex Mss.**

″ Mss a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Th. Petreus

813.

† Mss. a. b. c. d. e. f. Io. Diac. Par. 1571. Th. Petr. — Ib. Pag. 260. Ep. 64. E. 7. Feciſtis -- Subdiaconos ſpoliatos *prodere.*
Lege, procedere, *ex Mss.*″

814

Ib. Pag. 261. A. 1. Magis in hac *ſede* illam conſuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis *fuerant* tradita.
Lege pro ſede, re, *& pro* fuerant, fuerat, *ex Mss.* †

†† Cit. à Bel. To 3 de Sacram Euch. l. 4. c. 13. p. 828 b. Ib. de Miſſa l. 2. c 18. p. 1119. d & ib. c 19. p. 112. b. & à Th. Petr. l. 1. Confeſſ. Greg. p. 89.

815.

Ib. Pag. 261. Ep. 64 B. 2. †† Valde mihi inconueniens viſum eſt, vt precem quam Scholaſticus compoſuerat, ſuper oblationem diceremus, & ipſam traditionem quam Redemptor noſter compoſuit, ſuper eius corpus & ſanguinem *taceremus.*
Lege, non diceremus, *ex Mss.* *

816.

* Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571. Io Diac. Mss. a. b. c, d. e. — Ib. Pag. 261. Ep. 64. B. 6. In quo ergo Græcorum conſuetudines ſecuti ſumus, qui aut veteres noſtras reparauimus, aut nouas & vtiles conſtituimus, in quibus tamen alios *comprobamur* imitari?
Lege, in quibus tamen alios non probamur, *imitari? ex Mss.*

817.

Ib. Pag. 261. Ep. 64. B. 11. De Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? quod & pijssimus domnus Imperator, & frater noster *Eusebius* eiusdem ciuitatis Episcopus assidue profitentur.

Eusebius, *deest in Mss.* †

Cit à Bell. de Ro Pōtif. l. 2. c 14 p. 768 a. & ib. c 17 p 786 c. à Coccio par. 1 de Hierarc. Eccles. p 864 à Gra. dist. 2.. c. 4. p. 75 & à Th. Petr l 1. Cōfess. Greg p. 100

† Mss. a. b. c. d. e. f.

818.

Ib. Pag. 262. Ep. 66. B. 5. Sicut causæ meritum *cognouerit*, apud eum non defensor culpæ, sed potius intercessor existe.

Lege, cognoueris, *ex Mss.* *

* Mss a. b. c. d. e. f

819.

Ib. Pag. 262. Ep. 66. B. 10. Dictum est nobis etiam quòd rustici possessionis eiusdem Caralitanæ Ecclesiæ *iura propria* deserentes in priuatorum possessionibus culturam laboris exhibeant.

Lege ex Mss. eiusdem Ecclesiæ rura *deserentes.* Par. 1571. Mss. a. b. c. d. e.

820.

Ib. Pag 263. Ep. 68. C. 7. Anatholio Diacono Constantinopolitano.

Deest in Mss. Mss a. b. c. d e.

821.

Ib. Pag. 264. Ep. 70. C 3. Illicitè in synodo superbum ac pestiferum *OEcumenicum*, hoc est vniuersalis sibi vocabulum vsurpasse. Mss. a. b. c. d. e.

Lege, OEcumenici, *ex Mss.*

822.

Ib. Pag. 265 Ep. 70. A. 4. Neque legitima quidem, nec synodus dicenda est. Mss. a. b. c. d e.

Neque legitima, quare *quidem nec synodus dicenda est, Mss.*

823.

Ib. Pag. 266. Ep. 74. C. 1. *Constantio* Episcopo *Panormitano.* Mss a. b. c. d. e.

Lege ex Mss. Constantino *Episcopo* Narniensi, *ex Mss.* Narriensi. Ms. b.

824.

Ib Pag. 266. A. 8 Epist. 73. Greg. Chrysantho Episcopo Spoletano.

Deest in omnibus Mss.

825.

Ib. Pag. 266. Ep. 75. D. 9. *Maurentio magistro militum.* Mss. a. b. c. d. e.

Legas ex Mss. Romano Defensori.

826.

Ib. Pag. 267. Ep. 78. E. 1. Hoc non ab illis perquirat, qui ab Ecclesiasticis exhibentur, sed ab aliis quos sine fauore *patris* esse cognouerit. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege ex Mss. quos sine fauore partis *esse cognouerit.*

827.

Ib. Pag. 269 Ep. 84. D 3. Anatholio Diacono Constantinopolitano. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

828.

Ib. Pag. 270. Ep. 85. Fantino Defensori Panhormitano. Mss. a. b. c. d. e.

Deest in Mss.

829.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 271 Ep. 89. A. 7. Gaudioso Episcopo Eugubino.
Deest in Mss.

830.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 271. Ep. 90. Clero, Ordini & Plebi Tadinati.
Deest in Mss.

831.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag 271. Ep. 91. E. 2. Seuero Episcopo Anconitano.
Deest in Mss.

832.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag 272. Ep. 92. A. 2. Clero Ordini & Plebi Ausinæ ciuitatis.
Deest in Mss.

833.

Ib. Pag. 272. Ep 94. D. 10. Quatenus & ille dum alibi non fuerit occupatus, in officio, suo assiduus possit & vtilis inueniri, & congregatio quæ sibi eum postulat ordinari, quotiens necesse fuerit, *ipso* sacrificij solemnitatem veneratione debita *celebrante, valeat*, refoueri.

Mss. a. b. c. d. e. *Legas ex Mss. quotiens necesse fuerit sacrificij solemnitatem veneratione debita* celebrantes, valeant refoueri.

Cit. à Cocc. par. 1. p. 475.

834.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag 273. Ep. 96. B. 2. Mastaloni: *Deest in Mss.*

835.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 273. Ep. 97. D. 5. Gulfari magistro militum. *Deest in Mss.*

836.

Mss. a. b. c. d. e. Ib. Pag. 274. Ep. 98. B. 1. Romano Defensori. *Deest in Mss.*

837.

Ib. Pag 275. Ep. 101. B. 6. Habitatoribus Capreæ Insulæ.

Mss. a. b. c. d. e. *Legas, Habitatoribus Insulæ Capreæ*, Histriæ prouinciæ consistentibus, *ex Mss.*

838.

Ib. Pag. 276. Ep. 102. A. 1. Legali prouisione decretum est tam *momenti* quàm *proprietatis* causam in vno eodemque iudicio debere cognosci.

Mss. a. b. c. d. e. *Lege, ex Mss. tam* imminentis, quàm *principalis rei* causam.

839.

Ib. Pag. 276. Ep. 103. B. 8. Cum eo debeant eligere cognitores, qui tam *momenti* quàm principalis rei *quæstiones* cognoscere valeant & finire.

Mss. a. b. c. d. e. *Lege ex Mss qui tam* imminentis *quam* - quæstionem *cognoscere valeant & finire.*

840.

Ib. Pag. 277. Ep. 104. A. 1. Rex eis sub festinatione scripta transmittat, quæ tamen ad nos deferantur, in quibus eis præcipiat, vt nos subscribere non *petat*.

Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571. *Lege*, petant *ex Mss.*

841.

Ib. Pag. 277. Ep. 104. A. 5. Ita illi ne illuc exhiberetur laborem imponi *noluimus*, vt tamen aduersario ipsius iustitiam non negemus. Mss. a. b. c. d. e. Par. 1571.

Lege, voluimus, *ex Mss.*

842.

Ib. Pag. 278. Ep. 110. E. 6. Fortunato Episcopo Neapolitano. Mss. a b. c. d. e.

Deest in Mss.

843.

Ib. Pag. 279. Ep. 111. D. 1. Tua ergo fraternitas & illas seruare, & ab earum adoratu populum prohibere debuit: quatenus & literarum *nescit* haberent, vnde scientiam historiæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minimè peccaret. Cit. à Bell. To. 2. de imag. l. 2. c. 22. p. 1003 c. & de reliq. SS. l. 2. c. 6. p. 946. b. & à Coccio de SS. Ecclesiæ p. 561.

Lege ex Mss. quatenus & literarum nescij.

844.

Ib. Pag. 280. Ep. 112. B. 1. Sicut -- is qui inuitatus, renuit, *quæstus* refugit, sacris est altaribus admouendus; sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus. " Mss. a. b. c. d. e. f. Par. 1571.

Lege ex Mss. † quæsitus, *refugit.* † Mss. a. b. c. d e. f.

845.

Ib. Pag 280. Ep. 112. C. 2. Dum non attenditur, quod diuina voce præcipitur: *Gratis accepistis, gratis date, agitur vt crescat, & geminata fiat in vno eodemque delicti contagio, ementis scilicet & vendentis. Et cum liqueat. Par. 1571. Io. Diac. * Matt. 10.

Lege ex Mss. ementis scilicet & vendentis conditio. *Et cum* -- Mss. a. b. c. d. e. f.

846.

Ib. Pag. 280. Ep. 112. D. 1. Nec venator feram, aut auem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut illi laqueum in aperto *proponeret*, aut ille hamum esca absconditum non haberet. Mss a. b. c. d e. f.

Lege proponerent, *ex Mss.*

847.

Ib. Pag. 280. Ep. 112. D. 6. Eleemosyna Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non de illicitis & iniquitate congeritur, sed quæ rebus concessis & bene acquisitis impenditur. Cit. à Bell. de bonis operibus in particulari l. 3 c. 9. p. 153. d

Legas ex Mss sed quæ de *rebus concessis.* Mss. a. b. c. d f. Par. 1571. Io. Diac.

848.

Ib. Pag. 281. Ep. 112. B. 4. Sicut -- tunc Neophytus dicebatur, qui initio in sanctæ fidei erat *conuersatione* plantatus, sic modo Neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores sacros irrepserit.

Lege ex Mss. qui in *initio in sanctæ fidei erat* eruditione *plantatus.* Mss. a. b. c. d. e f. Io. Diac.

849

Ib. Pag. 281 Ep. 112. B. 10. Quid hoc celerius, quidve præcipitantius, quam vt *exoriatur* à summitate principium, & *ante esse incipiat Episcopus* quam minister?

Mss. a. b. c. d. e. f. Io. Diac.

Legas ex Mss. pro exoriatur, exordiatur -- *&* antequam incipiat esse discipulus sit magister?

850.

Ib. Pag. 281. Ep. 112. C. 1. Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum hoc quod est subiturus onere metiatur: *& si* impar abstineat, & ad id cum metu etiam *cui* se sufficere existimat, accedat.

Mss. a. b. c. d. e. f. † Par. 1571.

Lege, ex Mss. vt & *impar abstineat, & ad id cum metu etiam* † qui *se sufficere existimat, accedat.*

851.

Ib. Pag. 282. Ep. 113. D. 1. Ne -- aliqua adhuc tribulatio in vestra mente *remaneat*, hortor quiesce *dolore*, desine tristis esse.

Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege, Ne -- *in vestra mente* se teneat *hortor: quiesce* dolere, *desine tristis esse. Ita Mss.*

852.

Ib. Pag. 283. Ep. 114. D. 1. Anglorum genti per Augustinum *quondam* monasterij *me* præpositum nunc fratrem & Coepiscopum nostrum impendere studui.

Mss. a. b. c. d. e.

Lege ex Mss. tunc *monasterij* mei *præpositum.*

853.

Ib. Pag. 284. Ep. 115. E. 5. Sub districta anathematis interpositione debeat interdici: ne vllus ex laico habitu subito ad Episcopatus audeat gradum accedere, neque pro Ecclesiasticis ordinibus *cuilibet* quidquam dare vel ausus sit accipere.

Mss. a. b. c. d. e. f.

Lege, Quilibet, *ex Mss.*

854.

